

Universitätsbibliothek Wuppertal

Omnia Divini Platonis Opera

Plato

Venetiis, M.D.LVI

Platonis Convivium, vel, de amore

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-254](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-254)

castigat. Hoc pacto Phaedonem adolescentulum lupanari publico prostitutum ab ea calamitate redemit, fecitque philosophum. Platonem poesi deditum coegit tragedias igni tradere, & studia preciosiora capessere. Xenophontem à vulgari luxu ad sapientum traduxit sobrietatem. Aeschinem & Aristippum ex pauperibus diuites, Phaedrum ex oratore philosophum, Alcibiadem ex ignorante doctissimum reddidit. Charmidem grauem fecit & verecundum. Theagum iustum, fortemque in republica ciuem. Euthydemum ac Menonem à Sophistarum captiuitatibus ad veram transtulit sapientiam. Quo factum est, ut non tam iucunda quam vtilis fuerit Socratis consuetudo, ac multo ardentius ab adolescentibus, ut Alcibiades ait, dilectus fuerit Socrates, quam dilexerit.

QUOMODO AGENDAE SVNT GRATIAE spiritui sancto, qui nos ad hanc disputationem illuminauit atque accendit. Cap. XVII.

Iam igitur Conuiuia optimi quid amor sit, quis verus amator, quaeque amantis vtilitas ex vestra primum, ex mea deinde disputatione feliciter comperisse videmur. Huius autem inuentionis felicissimae causam & magistrum eundem ipsum amorem, qui & cooperatus est, fuisse proculdubio existimate. Amore namque, ut ita dixerim, inueniendi amoris accensis amorem quae sumimus & inuenimus, ut eidem inquisitionis & inuentionis pariter habenda sit gratia. O miram numinis huius magnificentiam. O incomparabilem amoris benignitatem. Cetera siquidem numina vix tandem postquam diu quaesieris, se parumper ostendunt. Amor etiam quaesiturus occurrit. Quapropter huic multo magis quam ceteris homines se debere fatentur. Sunt autem qui diuinam potentiam saepe audeant execrari, scelus nostrorum filimnatricem. Nonnulli etiam sapientiam adierunt nostrorum omnium exploratricem flagitiorum. Amorem vero diuinorum bonorum omnium largitorem non amare non possumus. Nos autem amorem hunc adeo nobis propitium ea mente colimus, ut veneremur: Sapientiam & potentiam admiramur, ut amore duce totum, ut ita loquar, deum habeamus propitium, ac totum amoris flagrantis diligentes, toto etiam deo amore perpetuo perfruamur.

PLATONIS CONVIVIUM, VEL, DE AMORE.

APOLLODORVS, FAMILIARES APOLLODORI, GLAVGO, ARISTODEMVS, SOCRATES, AGATHO, PHAEDRVS, PAVSANIAS, ERYXIMACHVS, ARISTOPHANES, DIOTIMA, ALCIBIADES.



VIDEOR mihi in his quae petitis, satis praemeditatus esse: Heri enim cum domo ex Phalero in urbem redirem, quidam mihi notus à tergo me aspiciens, eminus vocauit, & inter vocandum iocatus: O Phalereae inquit Apollodore, non expectas? Ego autem expectaui. Tum ille: Quae rebam te modo audire cupiens qui de amore sermones habiti sunt in ea caena, ad quam Agatho, Socrates, Alcibiades, nonnullique alij conuenerunt. Retulit quidem mihi & alius quidam, qui à Phoenice Philippi filio audierat, addiditque te scire. Verum nihil certi ea de re afferre poterat. Quare tu mihi referas. Tua enim interest sermones amici tui narrare. Id autem primum dicas. Ipse affuisti cum disputarent, an non? Reuera, inquam, certe nihil retulisse tibi ille videtur, si quidem conuenisse illos adeo nuper existimas, ut ego potuerim interesse. Existimabam equidem, inquit ille. Vnde nam istud? inquam ego. Nescis, o Glauco multis iam annis huc Agathonem non accessisse? Ex eo vero tempore quo cum Socrate versari assidue ceppi, eiusque tui dicta tum facta diligentius obseruare, nondum tres an-

ni fluxere. Antea vero quocumque contingebat oberrans, existimansque aliquid agere, omnium miserrimus eram perinde ac tu nunc, qui quodlibet aliud agendum censes potius quam philosophandum. Ne mordeas, inquit ille, sed quo tempore conuiuium celebratum sit, enarra. Ad haec inquam, Dum pueri adhuc essemus, in primo tragediarum certamine victoriam reportauit Agatho. Sequenti autem die post palmam, sacrae victoriae gratia celebrata, parato conuiuio disputatio instituta fuit. Longum, inquit, certe id tempus est. Sed quis tibi narrauit? Nunquid ipse Socrates? Non per Iouem inquam. imò idem qui & Phoenici Aristodemus quidam Cydathenens, qui exiguo corpore erat, & nudis semper pedibus ibat. Interfuit enim disputationi: quippe qui maxime omnium qui tunc erant, Socratem, ut mihi videtur, amaret. Quinetiam Socrates ipsum de nonnullis quae ille retulerat, percotatus sum, qui in his cum illo consentiebat. Cur ergo, inquit, mihi non refers? Apta quidem via est quae ducit in urbem, & ad audiendum pariter, & ad dicendum. Sic itaque inter eundem de illis verba fecimus. Quapropter quemadmodum à principio dixi, in his rebus satis praemeditatus sum. Quod si iterum vobis recenserem hac vultis, iterum recensebo. Nam quoties vel ipse de philosophia sermonem habeo, vel dicentes alios audio, praeter id quod prodesse mihi id putem, mirifice lator. Quoties autem sermones alios audio, vestros praesertim, qui cumulantis pecunijs studetis semper, & ipse angor, & vestri misereor, quod efficere aliquid existimetis, cum nihil efficiatis. Fortè etiam vos me infelicem putatis, quos & ipse de me vera putare arbitrator. Ego autem vos non puto quidem, sed certè scio. F.A.M. Semper Apollodore aequè tibi ipsi & alijs detrahis, ac videris proculdubio te quidem in primis, deinde alios omnes praeter unum Socratem infelices putare. Vnde verò insanè cognomen tibi exortum sit, nescio. Semper enim loquendo te & alios improbas, Socratem unum probas. A.P.O. dilectissime vir, ex eo insanire & delirare me constat, quod ita de me ac vobis existimè. F.A.M. De his in praesentia contendere Apollodore nequaquam decet: sed precibus nostris obsequere, & qui sermones illi fuerint, nobis exponere. A.P.O. Tales vix tibi illi fuerunt. Imò verò à principio eodem ordine quo Aristodemus retulit, vobis ipse nunc recensere conabor. Inquit enim. Socratem se offendisse & locum & calceis pedes ornatum, quae ille raro faciebat: interrogasse verò quoniam ita ornatum iret. & respondisse Socratem, Agathonis in domum caenatum. hesternum verò caenam vitasse, quod turbæ propter Agathonis palmam concursum veritus esset, promississe autem sequenti die se affuturum. Ea verò de causa se ornasse, ut pulcher ad pulchrum iret. Quasi in super, quoniam pacto tu Aristodeme ad caenam proficisceris non vocatus? Ut tu iusseris dicebam, inquit. Sequere igitur, inquit me, ut prouerbiū perdamus, illud in hunc modum mutates, quod ad bonorum caenas boni et non inuitati proficiscuntur. Homerus quidem videtur non modo non obseruare, sed & violare prouerbiū. Nam cum Agamemnonem in re militari strenuum virum finxisset, Menelaum verò molle, conuiuium celebrante post sacrificium Agamemnone, Menelaum inducit vitro ad mensam Agamemnonis venientem. Vbi deteriore ad praesentioris viri mensam non accersitū venire fecit. Hac audiens fortè & ipse, o Socrates dicebam, inquit, non talis,

A iij qualem

qualem tu inquis, sed quemadmodū induxit Homerus, vilis homunculus ad sapientis viri conuiuium, vltro venire videbor. Cū ergo me ducas, vide quam aduentus mei rationem assignes. Ego .n. me sponte venire non confitebor, sed abs te inuitatū dicam. In ipso itinere, inquit, quid dicturi simus, duo cum simus, fortasse cōsulabimus. sed eamus iam. Talia quādam inter se cūm distabant, iuisse dicebat: & Socrate cogit abundū lento nimis passū gradientē relictūm, cūm expectasset, tandem iussisse, vt p̄iret. Cū verò adibus Agathonis appropinquaret, apertā ianuam inuenisse & contigisse ridiculū quiddam: in ipso .n. limine famulū quendam occurrisse, & eō vbi accūbebant alij, introduxisse, quos iam cœnatos reperit. Seq̄ vt vidit Agatho, O Aristodeme dicere, opportunē venisti vt nobiscū cœnes. Si verò aliud quicquam vis, in aliud tps differas. Equidem heri te q̄rens inuitaturus te nusquā vidi. Sed cur Socrate ad nos non ducis? Et ego, inquit, conuersus nusquam Socratem vidi, respondi Agathoni: Equidem cum illo veni ab eo vocatus huc ad cœnā. Rectē, inquit, fecisti. sed vbi nā Socrates? Post me modō incedebat. Quare ipse quoq̄ admiror, & vbi sit, nescio. Queres Socrate puer dixisse Agathonē, & ad nos introduces. Tu aut Aristodeme iuxta Eryximachū accūbe. Hec tu dato huic manibus aquā, vt iam sedeat. Tunc ingressum puerū quendam nunciāsse dicebat Aristodemus, Socratem ipm in vestibulum proximum secessisse, & accessitū ingredi nolle. Absurdū quiddā narras inquit. Voca iterū, neq̄ dimittas quousq̄ venerit. Non sic, o Agatho, respondi dicebat Aristodemus, sed mittite illū. mos .n. Socratis iste. Nonnunquam desistens, vbiq̄q̄ accidit consistere solet. Veniet aut citō, vt arbitror. Ne turbetis ipm, sed suo arbitratu venire permittite. Ita si tibi videtur, dixisse Agathonē, agendum est. Ceterū vos, o pueri, alijs epulas afferte, & quodcūq̄ lubet apponite. Vobis siquidē nullus prasidet. Id quidē nunquam feci. Quapropter existimātes nunc me vna cūm alijs conuiuiū a vobis exceptū, curate oīa diligenter, vt vestrā operam cōprobemus. Post hęc addebat Aristodemus cœnare eos cœpisse, & Socrate Agathonis iussu sape vocatū non prius intrasse quām aliquantū se more suo exercuisset, mediāq̄ in cœna venisse. Ad quem, Agathonē qui vltimus sedebat & solus, Huc ad me Socrates dixisse, vt te tangens sapienti illa sn̄a fruatur quam in vestibulis excogitasti. Cōstat .n. inuenisse illā te atq̄ habere. Neq̄ .n. prius destitisses. Sed disse itaq̄ Socrate, dixisseq̄: Benē se res nostrā haberent Agatho, si sapientia talis esset, vt in vacuū hōiem ex pleniore ipso contactu proflueret, quēadmodum aqua ex pleno calice in vacuū per lanā influens. Si .n. sapientia ita se habet, permulti facio quod apud te sedeo. Repleri quippe abs te vberissima & p̄clara sapientia puto. Mea siquidē tenuis est & ambigua insomnij cuiusdam instar, tua verò luculēta admodū atq̄ p̄pollens, vt potē q̄ in adolescentia tua heri in conspectu plus quā triginta milium Græcorū, tam clarē emicuit & effulsit. Cōrumeliosus, inquit Agatho, es, o Socrates. Atqui hęc postea de sapientia ego ac tu diiudicabimus Dionysio iudice. nūc aut cœna. Post hęc, inquit Aristodemus, Socrate simul et alijs discubentibus, libare inuicē & degustare vna sacrificantiū ritu, deumq̄ cantare cœpisse, & alia quādam, vt

mos est, facientes ad potū se conuertisse: Vnde Pausaniā ita locutū: Videndū est, o viri, quo pacto leuius suauisq̄ bibamus. Nā vt de me in primis verū fatear, grauatiū adhuc hesternō mero me sentio, & intermissione quadam indigeo. Opinor quoq̄ & plurimos vestrum similiter affectos esse. heri .n. adfuisistis. Cōsiderate itaq̄ quo leuius salubriusq̄ bibamus. Et mox Aristophanem respondiisse. Scitē loqueris Pausania, potui moderationem quadam adhibendā esse. Ego quoq̄ ex his sum qui heri ingurgitarunt. Cū hęc audisset Eryximachus Acumeni filius, Probē dicitis, inquit. Atq̄ hoc insuper a vobis audire desidero, quantū bibendo valeat Agatho. Minime quidē, Agathonē dixisse. Confert id sanē nobis, mihi inquam & Aristodemo & Phædro, atq̄ his alijs, quod vos qui ad bibendū valeis plurimum, nunc tanquā bibendo defessi prohibeatis. Nos .n. semper imbecilles excepto Socrate, qui ad vtrūq̄ idoneus est. Quocirca quodcūq̄ agamus, perinde erit. Hic Eryximachū dixisse, Postquam presentium nullus ingurgitare mihi velle videtur, forte si vera de ebrietate dixerō, minus ero molestus. Id siquidē ex me dicitur peritia apud me constat, gr̄aue quiddā esse hōibus ebrietatem. Nec .n. sponte superuacue bibere inquā vellem, nec alteri consulerē, prasertim si quis hesternū merū adhuc oleat. Huic Phædrū Myrrhinusium dixisse Aristodemus inquit: Equidem semper tibi fidē habui, in medicina prasertim. Nunc similiter, modō ceteri quoq̄ consentiant. Hęc cūm audissent oēs, concessisse inquit, non ad ebrietatē in prasenti conuiuiū, sed ad voluptatem esse bibendū. Tum Eryximachus. Postquā visum est in cuiusq̄ arbitrio fore quantū bibat, neminē verò supra quā velit cogi, quod restat exponam. Tibicinā q̄ modo ingressa est, abigendam puto, sibi ipsi tibia personantē, vel si velit, mulieribus q̄ sunt intus. Nos aut confabulari inuicem debere hodie iudico. Qui verò esse sermones nostri debeant, si vultis aperiam, Ad hęc oēs explicare iusserunt. Eryximachus deinde, Mei, inquit, sermonis exordium secundū Euripidis Melanippē erit. Neq̄ .n. mea fabula est quam incēpturus sum, sed Phædrū. Phædrus hic mecū sape conqueritur, absurdū quiddā asserens, quod cū in ceteros deos cantilenas & hymnos pōtā finxerint, in amorem tamen tantum talē mē deum nullus inquā ex tot pōtīs laudem aliquam scripserit. Atqui si nūc, inquit, o Eryximache querere, inuenies profecto Sophistas disertos soluta oratione Herculem aliosq̄ laudasse, quemadmodū peritissimus Prodicus. quanquā hoc minus alicui mirum videri debet. Sed & ego legi quandoq̄ sapientis viri librum, in quo Sal ad victus vilitatem miris laudibus extollebat: aliaq̄ huius generis multa reperire licet, laudibus celebrata. In his itaq̄ studiosē versari, Amorem verò tantum deum a nullo adhuc in hunc vsq̄ diem pro dignitate laudari, sed vbiq̄ contemni, cui non grauisimum videatur? Mihi quidē oratio hęc Phædrū vera videtur. Quare & huic munus id conferre gratificariq̄ cupio, & deū hunc honorari a nobis decens esse censeo. Quod si & vobis videtur, cōgrua disputatio inter nos orietur. Laudandū quippe amorē ab vnoquoq̄ nostrū pro viribus arbitror, ad dexterā alterū, alios demiceps alijs succedēdo. Incipiat aut Phædrus, cū & primus sedeat, & huius sit sermonis inuentor. Tum Socrates, Nullus tibi, o Eryximache, inquit, repugnaret. Ego .n. qui

quæ isthuc renuerem, cum nihil præter amatoria scire profitear? Nec etiam Agatho & Pausanias aduersabuntur, & Aristophanes multò minus, cuius omne studiū circa Dionysium Veneremq; versatur, nec alius Vllus eorum quos nunc intueor. Quanquam non aqua fors nobis obtigit, qui extremi discumbimus. Nam si priores scite abundeq; depinxerint, sat nobis erit. Verum Phædrus felicibus auspicijs iam exordiat, Amoremq; honoret. His omnes quæ Socrates dixerat, assensere, similiterq; iusserunt. Singula verò singulorum dicta, nec Aristodemus memoria tenebat, nec ego quæ ille recensuit, singula teneo. Eorum igitur orationem vobis nunc referam, qui memoratu digna dixerunt. Principio dixerunt Phædrum hunc in modum exorsum fuisse.

PHAEDRI COLLAUDATIO
IN AMOREM.



AGNVS deus est amor, & apud deos hominesq; mirandus, cum propter alia multa, tum maxime propter eius originem. Cū enim ex antiquissimorum deorum numero sit, honore dignus apparet. Id aut ex eo constat, quod parentes Amoris à nullo vel poëta, vel alio quouis traduntur. Sed Hesiodus principio Chaos extitisse his verbis asserit. Terra ampla stabilisq; semper oëm se det atq; amor: post Chaos: videlicet asserens duo hæc extitisse, Terrā atq; Amorem. Parmenides aut de generatione illius inquit. Antè deos oës primum generavit Amorem. Acusileus quoq; cum Hesiodo sentire videtur. Atq; ita passim Amorem ex antiquissimis esse cõceditur. Cū vero talis sit, maximorū bonorum nobis est causa. Nam quid melius accidere possit adolescenti, quàm optimus amator: aut amatori quàm amatus optimus, nõ inuenio. Duo quidem sunt quæ à pueritia per oëm vitā ducere illum debent qui sit præclarè victurus. In rebus turpibus verecundia, honestis studium. hæc aut nobis, neq; genus, neq; diuitia, neq; honores præstare citius ac melius, quàm amor possunt. Neq; absq; his duobus, aut ciuitas inquam, aut priuatus pclarum aliquid & magnificū perficere poterit. Affero equidem amatore, si turpe aliquid agere vel pati ab aliquo per ignantiā, nec repugnare & vlcisci dephendatur, seu à patre, siue ab amicis, siue ab alio quouis hoë, haud tã vehementer angit, quàm si forte ab amato dephenderetur. Similiter adolescentē tunc maxime erubescere cernimus, cū amator eum turpe quid cõmittentē offendit. Si quo pacto fieri ciuitas vel exercitus posset partim ex his qui amant, partim ex his qui amantur, supra quàm dici possit, fortiter agerēt administrarentq; singula, dū per verecundiā à turpibus abstinerēt, & ad honesta quasi quadam emulatione contenderent: talesq; hoës vel pauci numero, vniuersos, vt ita dixerim, hoës plio superarent. Amator sanè vel deserere ordinē vel arma abycere coram amato, vehementius quàm corā cunctis alijs hoëbus erubesceret. Imò obire sæpenumero mallet, quàm dilectū derelinquere, & in periculis nõ succurrere. Nec quisquā adeò ignauus est, quæ amor non inflāmet, & ad virtutē diuinū reddat, vt viro fortissimi par euadat. Etenim quod Homerus inquit, vim furoremq; à deo quibusdā herou inpiratū, hoc amor amatibus dedit. Quinetiā pro alio mori amantes soli eligūt, nõ viri tantū, sed et mulieres. Cuius sermonis testimoniū Græ-

cis Alceste Pelia filia manifestum exhibuit, q̄ sola elegit pro viro suo perire, cū tamen & pater & mater illi adessent: quos illa propter amorē, charitate adeò superauit, vt eos extraneos & noīe duntaxat filio suo coniunctos esse monstraret. Quod quidem facinus tam pclarum nõ tantum ab hoëbus, verū etiam à dijs est iudicatum, vt cū multis qui multa & egregia gesserant, dij reuiviscendi munus paucis admodum & pstantissimis attribuisent, hanc ab inferis continuo suscitarent, tã egregio facinore delectati. Tanti studiū, virtutemq; circa amorē dij aestimant. Orpheū verò Oeagri filium voti impotē ex inferis emiserunt. Neq; n. fæminam cuius gratia descenderat, restituere, sed illius phantasma monstrarunt, cum nõ auderet, vt Alceste, amoris gratia mori, sed vt potē cithæredus, mollitie quadā abstereretur. & machinamētā q̄dam excogitaret, quibus viuens ad inferna descenderet. Cuius delicti pœnas cū pendere decreuerunt, iusseruntq; à fæminis lacerari. Achille aut Thetidis filium honorarunt, & in beatorū insulas miserunt, quia cū accepisset à matre, si Hectorē occidisset, statim sibi moriendū fore: sin minus, in patriā se rediturum, & senē deniq; moriturū: audacter elegit pro Patroclo amatore suo pugnare, eiusq; mortē vlcisci, nec pro illo mori solū, sed & perempto illo interfici. Quod quidem magnopere probates dij, insigni eū gloria decorarunt, quia tanti amatore suū fecisset. Aeschylus planè delirat, cum Patroclū ab Achille dicit amatū, qui non Patroclo tantū, verum etiam cunctis heroibus forma præstabat, eratq; adhuc imberbis, multoq; natu minor, vt inquit Homerus. Reuera virtutem hanc in amorē dij plurimi faciunt. Vehementius aut admiratur, delectanturq; ac maiora beneficia cõferunt, quando amatus amatore tutatur & diligit, quàm cum amator amatū. Diuiniore n. est amator amato, cum diuino furore sit raptus. Quamobrē Achille magis quàm Alceste honorarunt: illū quippe in beatorū insulas transmiserunt. Ex his oëbus amorē assero deorum oëm antiquissimū, atq; summopere venerandū, & maxime oëm ad virtutē & beatitudinem consequendam hoëbus tã uiuentibus quàm defunctis conducere. Talē fuisse sermonē Phædri narrat. Post Phædrū verò alios quosdā fuisse locutos, sed è memoria excidisse. Eos igitur ptermittens, hanc quam modò referam orationem, Pausania retulit.

PAVSANIAE COLLAUDATIO.



IDETVR mihi Phædra haud satis rectè sermo ille nobis esse propositus, quo amorem simpliciter laudare iubemur. Nā si vnus esset amor, probè dictum fuisset: Cum Verò non vnus sit duntaxat, satius eum prius qui sit laudandus, exprimere. hoc itaq; emendare conabor. Primo n. quem amorē laudare deceat explicabo, deinde pro dei istius dignitate extollere nitar. Neminē profectò laetet, absq; amore Venerē nunquā esse. Quare si Vnā esset Venus, vnus & amor. Quoniam verò duæ sunt Veneres, geminū quoq; amorē esse necesse est. Geminam aut deā hæc esse quis neget? Nonne Vnā q̄dam antiquior est & sine matre Venus, cælo nata, quam cælestē Venerē nuncupamus? Altera verò iunior è Ioue & Dione progenita, quam vulgare cõemq; vocamus? Necessariū itaq; amorem Veneris illius comitē, cælestem vocari, huius verò vulgarem. Laudare quidem deos oës decet: sed vniusc; amoris

Orpheus acriter carpitur.

Geminus Amor. Geminæ Venus.

Alceste pro viro amans perijt.

quæ isthuc renuerem, cum nihil præter amatoria scire profitear? Nec etiam Agatho & Pausanias aduersabuntur, & Aristophanes multò minus, cuius omne studiū circa Dionysium Veneremq; versatur, nec alius Vllus eorum quos nunc intueor. Quanquam non aqua fors nobis obtigit, qui extremi discumbimus. Nam si priores scite abundeq; depinxerint, sat nobis erit. Verum Phædrus felicibus auspicijs iam exordiat, Amoremq; honoret. His omnes quæ Socrates dixerat, assensere, similiterq; iusserunt. Singula verò singulorum dicta, nec Aristodemus memoria tenebat, nec ego quæ ille recensuit, singula teneo. Eorum igitur orationem vobis nunc referam, qui memoratu digna dixerunt. Principio dixerunt Phædrum hunc in modum exorsum fuisse.

amoris opera distinguenda. Actionis cuiuslibet hac est conditio, ut suapte natura, neque honesta sit, neque turpis, ut ea quae nunc nos agimus, bibere canere, disputare. Nullum ex his seipso turpe vel honestum. Sed agendi modus actioni certum tribuit cognomen. Quod. n. bene recteque agitur, honestum: quod non recte, turpe resultat. Eadem ratione non quilibet amor & cuius amandi modus, honestus est & laudandus. Imò ille solus, qui honeste amare nos hortatur. Etenim vulgaris communisq. Veneris amor, reuera est & ipse vulgaris, & quodcumque contingit, peragit. Atque is est, quo pravi abiectiq. homines amant. Amant porro feminas non minus quam masculos, & corpora magis quam aios, & sine mente homines potius quam prudentes. Ad explendum sanè desiderium inhiant: honeste verò necne expleant, oino non curant. Quo fit, ut quodcumque fors illis offert, exequatur, & bonum similiter atque malum. Affectus. n. homini à Venere illa iunior, & viriusq. sexus in generatione participare profuit. Amor autem qui caelestem sequitur Venerem, quae non femina, sed masculi tantum sexus in generatione est particeps, ipse quoque genus respicit masculinum. Deinde quonia antiquioris Veneris pudicaque est comes, & ipse petulantia oino est expertus. Quocirca quicumque amore hoc inspirati sunt, genus masculinum natura robustius & generosius, & mentis magis particeps diligunt. Et qui amore hoc sincere perfecteque sunt rapti, ex hoc perspicue dignoscuntur, quod pueros non amant, sed adolescentes, cum mente Valere iam coeperint. Homini verò genus exercenda menti propinquius est, ad eamque exercendam familiaritas inter illos inuitur. Parati. n. sunt arbitror qui sic amare incipiunt, per oem vitam simul & communiter vivere, neque amatum decipere, neque ab uno in alterum amandum abire. neque. n. pueros adhuc mentis expertes amat, quos deinde exoletos irrideat & relinquunt. Oportet autem legibus institutum esse ne quis pueros amet, ne in re ambigua frustra tantum studium poneretur. Incertum. n. est quò aut corpus, aut anima puerorum tam secundum virtutem quam secundum vitium postremo euadat. Probi qui dem viri legem hanc sibipsum sponte proponunt. Oportet quoque eidem legi vulgares illos amatores adhibita necessitate subijcere, quemadmodum illos ipsos pro viribus amare mulieres liberas prohibemus. Nam hi sunt qui occasione conuitijs & quorundam snia praeberunt, qui amatori obsequi turpe dicunt: qui quidem de vulgaribus amatoribus ista loquuntur, quia importunitatem iniustitiamque illorum agnoscunt & improbant. Nihil autem quod modeste & legitime sit, vituperare decet. Lex vitae de amore in ciuitatibus alijs instituta, intellectu facilis est, quoniam simpliciter traditur. Apud nos autem & Lacedaemonios varia extat. In Elide namque & apud Baeotios, & ubi dicendi arte homines carent, simpliciter lege statutum est, more amantibus esse gerendum: nec apud eos quisquam aut iuuenis aut senex, turpe id praedicant. Quod quidem ea de causa ab illis arbitror esse factum, ne in persuadendis adolescentibus elaborandum illis esset, utpote qui ad orandum inepti sunt. In Ionia verò & apud alios multos qui Barbaris subiecti sunt, oino turpe hoc lege censetur. Nam inter Barbaros quidem propter tyrannides turpe istud habetur, & sapientiae praeterquam atque gymnasticae studium. Neque enim tyrannis conducunt ea studia, quae subditorum metes

acutas generosasque reddunt, quae ne amicitias inter eos indissolubiles, societatesque frequentes pariunt: quae cum ab alijs, tum vel maxime ab amore gigni consueverunt. Hoc autem ipso euentu tyranni nostri didicerunt. Nam Aristogitonis amor & Harmodij amicitia confirmata, illorum tyrannidem dissipauit. Atque ita ubique amoris indulgentia funditus sublata est, prauitate illorum qui leges condiderunt, est vetita, principum quidem iniquitate & violentia, subditorum ignauia. Vbi vero penitus permissa est, propter eorum qui sic statuerunt secordiam & segnitiam est permissa. Hic verò multo rectius est institutum: sed ut dicebam, non facile cognitum. Cœcedi planè videtur, si quis aduertat, quod dicitur, praclarum esse palam amare quam clanculum, eosque praecipue qui generosi & optimi sunt, et si minus formosi quam alij videantur. Fauct quoque amatori quamplurimum cois oium cohortatio, quasi nihil turpe aggrediatur. Nam cœter si quis amatum capiat, pulchrum quiddam videtur: si non capiat, turpe. Et lex ad amatum sibi conciliandum amatori miram quiddam machinamenta cœcedit, laudariq. permittit: quae si quis aliquando cuiusvis gratia tētare auderet, maximas apud philosophos vituperationes incurreret. Si quis. n. accipiendae ab aliquo pecuniae, vel magistratus potētia gratia, aggrediatur illa quae erga amatos amantes, passim occurrat, supplex oret, obtestetur, ad fores noctu taceat, & sedula quadam obseruantia seruiat, & in oibus obsequatur, quae seruis aliquis agere nec vellet, nec et cogere tur, ab inimicis pariter & amicis oburgabitur. Illi adulationes serualesque assentationes vituperabunt. Isti corripient, eosque seruitutis amici sui pudebit. Amator autem dum ista facit, gratiam adipiscitur, & quasi praclarum aliquid agat, à lege absque ulla infamia nota facere ista permittitur. Quòdue per maximum est, vulgò fertur, quod solis amatoris periurijs dii dant veniam. Venerem quippe insurandum nihil Valere aiunt. Itaque tam diu quam homines oem amanti licentiam praestiterunt, ut lex nostra testatur. Si ad ista quae dicta sunt, respiciamus, praclarissimum quiddam in hac ciuitate existimari videbitur amor, quòdue amanti amatus indulgeat. Si rursus ea quae dicam, aduertamus, turpissimum hoc apud nos haberi putabimus. Nam parentes pedagogis filios comendant, qui amatos cum amantibus loqui prohibeant. Socij quoque & aequales quoties tale quid vident, vituperant, eosque dum talia carpunt, senes non reprehendunt, neque eos quasi errent, corripunt. Quapropter ita hoc habere se arbitror, ut ipsum secundum se, sicut principio dictum est, neque honestum sit, neque turpe. Neque. n. simplex est, sed recte factum honestum, contra, turpe. Turpe quidem est, prauac turpiter obsequi. Honestum verò bono, atque honeste. Prauus autem est amator ille vulgaris, qui corpus magis quam animum amat. Neque stabilis est, cum re sequatur minime stabilis. Nam cum primum corporis species quae cupierat, deflorescit, abit, nihil eorum quae promiserat, seruans. Bonorum verò morum amator, per oem vitam in amicitia perseuerat, utpote qui rem stabilem sectabatur. Istos vitae nostra lex diligenter examinare praecipit, & his more gerere, illos fugere. Et hos quidem sequi iubet, illos fugere, diiudicans & examinans quae quis amet, & quae in quouis amentur. Atque ob hanc causam primum facile, citoque capiti, turpe censetur, ut ipsi intercedat, quod ad examinandos

dos mores exigitur. deinde aut pecuniarum copia, aut magistratum potentia capi, absurdum, siue timore quodam potius quam voluntate irretitur, siue acceptis pecunijs, ciuilibusq; muneribus acquisitis non contemnat. Nihil. n. ex ijs solidum firmumq; esse videtur, prater id quod ab ijs amicitia generosa oriri nequit. Vna itaq; secundum legem nostram via restat, qua amati amanibus iure gratificari possint. Etenim quemadmodum apud nos de amantibus lex illa relata est, qua dicitur, nullū voluntariū amatoris in amatū obsequium, adulatoriū & infame putandū: sic & alia quādam secundum legē voluntaria seruitus restat, q̄ infamiam nullū subit. Hac autē est q̄ circa virtutem versatur. Nam nostris legibus est institutū, si quis velit aliquē colere, putans per illū vel sapientia quadam, vel in alia quauis parte virtutis proficere, hanc rursus voluntariam seruitutē neq; dedecori seruienti fore, neq; adulationē vocari debere. Oportet autē has leges in idem conducere, illam scilicet de amatoribus, & hanc de philosophia, aliāq; virtute conscriptam, si vlla rōne contingere debet, vt deceat amatos amatoribus obsequi. Quoties. n. in idem concurrūt amator atq; amatus, vtriq; legē habentes, hic quidem obsecutus amatis iuste in oibus ministrare seruireq; paratus, ille rursus scientia morumq; p̄ceptoris suo iuste in singulis pariturus: & hic quidē ad sapientiam, aliāq; virtutes conferre potēs: ille autē eruditione & sapientiā indigens, tūc sanē in vnu hīs legibus concurrentibus duntaxat euenit, vt honestū sit amatos amatoribus morē gerere: aliās autē nullo modo. In hoc vtriq; falli, turpē non est. In alijs autē oibus, obsequium huiuscemodi turpē censetur, siue obsequentem fallat opinio, siue non fallat. Si quis. n. amatori tanquā diuiti diuitiarū causa gratificatus, fallitur, neq; voti cōpos efficitur, quum pauper sit amator, nihilominus vituperatur. Videtur. n. hic seruilem animi sui habitum ostēdisse, quod pecuniarum gratia in singulis rebus cuius seruiret: quod quidē minime est honestum. Eadem rōne si quis tanquam bono gratificatus, ipse hac consuetudine sperans euadere melior, fallitur, cū ille prauus esse deprehendatur, honesta quādam deceptio est. Nā videtur affectum suum demonstrasse paratum ad oīa ministeria virtutis consequendę gratia toleranda. Quod sanē praelarissimum iudicatur. hac itaq; rōne virtutis auiditate gratificari, atq; seruire semper honestum. Hic autē est ipsius celestis dea amor, celestis & ipse: qui tam priuatum, quam publicē preciosus est, & amantē pariter atq; amatū virtutis curam studiumq; suscipere cogit. Cateri verō amores veneris vulgaris sunt comites. Hac in p̄sentia, o Phædre, velut ex tēpore de Amore vobiscū confero. Cū Pausanias pausam. i. sine dicēdi fecisset: sic. n. alludere vocabulo sapientes me docēt: oportere inquit Aristodemus Aristophanē dicere. Verū singultu vel propter repletionē, vel propter aliā causam contingente, impediri fuisse. Quo circa ad Eryximachū medicū continuū post ipm̄ sedentē, ita locutū: O Eryximache tua nūc interest, aut singultū reprimere, aut pro me loqui donec cesset. Ad eū Eryximachū respōdisse: Vtrūq; efficiā. Equidē vice tuam sumens, pro te dicā, tu verō pro me, postquā singultus abierit. Interim dū ipse loquor, si vis aliquandiu spiritū cohibere, singultus cessabit. Si minus id placet, salte aqua multa intus allue sauces. Et si forte

vehemēs est, nares cōmodē stimula vt sternutatio irruetur. Nam si id semel, aut bis feceris, etiam si frequentissimus sit, tollitur. Antequam finem dicendi feceris, inquit Aristophanes, qua iubes, efficiam. Eryximachum igitur ita locutum.

ERYXIMACHI COLLAUDATIO.



NCESSARIUM inquit mihi videtur, postquā Pausanias rectē exorsus, finem imposuit minus sufficientē, quod deest à me nunc impleri. Distinctionē quidem illam qua in duo distributus est Amor, approbo. Verū nostra hac medicina arte cōperisse mihi videor, non solum aīs hoīum erga pulchros Amore inesse: Verū etiam ad alia multa, atq; in alijs tū corporibus at̄ alium oīum, tū hīs q̄ ex terra nascuntur: ac deniq; in oibus, vt ita dixerim, q̄ in rerum natura consistunt. Magnū quoq; atq; mirabilem hunc deum per oīa tam humana, quam diuina latissimē se porrigere. A medicina peritiam primo exemplū capiam, vt artē meā venerer. Corporū sanē natura Amorem hunc geminū continet. Quod. n. in corporibus nostris bene valet, & quod malē, aliud atq; dissimile esse constat. Quod vero dissimile est, dissimile cupit & amat. Alius ergō qui in sano corpore Amor, alius qui in agrotō. Et, vt paulō antē Pausanias assererat, teperatis hominibus gratificandū esse, intēperatis verō nequaquā: ita & in ipsis corporibus bonis quidē sanūq; obsequendum est, in quo maximē ratio medicina consistit: malis autē agrotisq; minimē, si modō artificiosus quis vult medicus esse. Est autē, vt summam dicā, medicina scientia qua amatorij affectus corporis quo ad repletionem euacuationē nēque noscitur. Et quisquis pulchrū & deformē in his amore discernit, is medicus peritissimus sit. Quiue ita permutare hac pot, vt pro altero amore nascatur alter: aut quibus abest Amor, adesse aut oportet, immittere valeat, & insitū extirpare: eruditus sit artifex. Pesse aut oportet, q̄ in corpore inimica maximē sunt, conciliare, & amore illis inferere mutuū. Inimica verō maximē sunt, q̄ contraria maximē, frigidū calido, amarū dulci, humido siccum, cateraq; hmoi. Cū Amore hīs mutuū concordiamq; inferere sciret noster ille progenitor Asculapius, vt hi poēta testantur, quibus & ipse credo, artē nostrā cōposuit. Medicina itaq; omnis ea rōne qua loquor, ab hoc deo gubernatur. Similiter quoq; agricultura atq; gymnastica. Quod autē eadē sit & de musica ratio, perspicuū esse cuius pot, qui vel paulisper aduerterit. Quod Heraclitus forsità sentit, verbis tamen parū explicat. Vnū quidē, inquit, secū ipso discrepans conuenire, vt harmonia, arcus & lyra. Atqui absurdū dictū est, harmoniam discrepare, atq; ex discrepantibus quādiū dissonāt esse. Sed hoc forte significare volebat, quod ex hīs q̄ prius discrepabant, graui scilicet & acuto, deinde per artē musicam consonantibus, harmonia conficitur. Nunquam. n. ex graui & acuto dū discrepant, harmonia conflatur. Harmonia nāq; concentus est. Concentus verō concordia quādam. Concordia autem ex discrepantibus donec discrepant, fieri nunquam potest. Quod vero discrepat, neq; est concors, concinere nequit, quemadmodum rhytmus ex veloci & tardo antea discrepantibus, postea verō concinentibus cōstituitur. Et quemadmodū humoribus medicina cōcordiā, ita vocibus musica cōsonantiā tribuēs, Amorem

Proverbiū.

Carpitur & deridetur Aristophanes.

morem consensumque mutuum gignit. Atqui est musica scientia circa harmoniam & rhythmum, affectus amatorios viresque dyudicas. Sanè in ipsa harmonia et rhythmici compositione vis amatoria facile percipi potest: verum geminus Amor nondum hic distinguitur, sed tunc demum, cum ad alios rhythmum & harmonia est utendum: vel fingendo, quam melodia factionem vocant, vel utendo recte his quae facta sunt, melodijs & metris, quam disciplinam noverant. Vbi difficultis observatio est, & peritio est opus artificis. Huc iam superior ille sermo reuertitur, quod videlicet modestis hominibus, & his qui nondum satis modesti sunt, ut fiant, gratificandum, horumque servandus est amor. Atque hic est decorus ipse & caelestis Urania musa Amor. Polymnia vero musa, vulgaris. Cui summa cautione indulgendum est, ut voluptatem quidem homines hauriant, incontinentiam vero deintant. Sicut in arte nostra arduum est, cupiditatibus quae ad suaves coquorum epulas nos alliciunt, recte uti adeo ut absque bona valetudinis detrimento suaviter his vescamur. Quamobrem & in musica, & in medicina, & in alijs omnibus, tam humanis quam divinis, utrumque amorem qui omnibus inest, pro viribus observare debemus. Quinetiam anni temporum constitutio utrisque his plena est. Nam quoties illa modo dicebam, calida & frigida, sicca & humida, congruum inter se sortiuntur amore, & harmoniam, temperiemque opportunam suscipiunt, salubre & fertilem annum hominibus, aërantibus omnibus, atque plantis afferunt, neque quicquam laedunt. Contra vero cum petulans & contumeliosus amor in anni temporibus praevalet, iniuria multa corrumpit. Pestes siquidem ex his oriri consueverunt, alijque morbi permulti & varijs brutis ac plantis innasci. Quonia pruinam, glacies, grando, segetumque, rubigines, & putredines ex immoderato & excedente qualitatibus amore proveniunt: horumque & caeli motus, & anni temporum scientia, astronomia vocata est. Praeterea sacrificia omnia, & illa quibus vaticinium praestit, rationes videlicet deorum hominumque inuicem, circa nihil aliud versantur quam amoris curationem atque custodiam, omnis enim impietas tunc accidit, quando quis modesto amori haud indulget, nec illum honorans in omnibus veneratur, sed circa amorem aliterum peruagatur, nec officio congruè erga parentes viuos & defunctos, & erga deos utitur. Hos amores discernere atque curare vaticinij propositum est. Et insuper vaticinij amicitia inter deos & homines opifex, ex eo quod intelligit qui potissimum ex humanis amoribus fas aut nefas attingit. Atque ita multam & amplam, imò vero omnem vim summam quidem omnis continet amor: sed qui circa bona cum temperantia & iustitia tam erga nos quam erga deos versatur, vim summam habet, omnemque nobis beatitudinem exhibet. Nam & nos inuicem omni vita conciliat, & dijs humana natura praestantioribus amicos efficit. Fortè & ipse multa quae ad laudandum amorem pertinent, praetermitto. neque spontè tamen. Quod autem deest, tuum est Aristophanes adimplere. Vel si aliter hunc deum honorare vis, honora, quum singultus ipse cessauerit. Iam sedatus est, dixisse Aristophanem, non tamen prius quam sternutamento repressus. Quo fit ut admirer, si congrua corporis affectio huiusmodi strepitu & titillatione indiget, qualis est sternutatio. Hac enim mox expulit. Vide, o bone Aristophanes, quid agas, respon-

Vaticinij.

dixisse Eryximachum. Risum contra te moues, dum alios irrides, cum iam dicturus sis, & observatore me fieri cogis sermonis tui, siquid forte ridendum protuleris, cui loqui securè licuisset. Probè loqueris Eryximache, Aristophanem dixisse. Sint ista mihi non dicta, ne nobis infidieris, obsecro. neque enim vereor ne quid quod risum moueat, in medium afferam. hoc enim musa nostra lucrum propriumque esset. sed ne deridenda proferam, timeo. Emissio, respondisse Eryximachum, in nos iaculo Aristophanes auferere speras. At mentem dicendis adhibe, tanquam rationem dictorum omnium redditurus: forte vero, si videbitur, te dimittam.

ARISTOPHANIS LAUDATIO.

LITER de Amore quam tu & Pausanias loqui cogito. Mihi planè videntur homines Amoris vim omnino non habentibus ignorasse. Nam si eam nossent, delubra illi insignia, aras et hostias dedicarent: quorum nihil huius temporibus agitur, cum erga illum maximè omnium observare haec deceat. Est enim praeter ceteris dijs summopere generi humano beneficus, curator & tutor hominum, atque medicus, quibus sanatis, summam genus nostrum felicitatem nancisceretur. Conabor itaque vim illius vobis exponere. Vos autem quae à me hodie percipitis, alios deinde docebitis. Oportet in primis qualis hominum quondam natura fuerit, quae ne illius passiones, aduertere. Neque enim qualis nunc est, olim erat, sed longè diuersa. Principio tria hominum erant genera, non solum quae nunc duo, mas & foemina, verum etiam tertium quoddam aderat, ex utrisque compositum. Cuius solum nobis restat nomen, ipsum perijt. Androgynum quippe tunc erat & specie & nomine, ex mas & foemina sexu comixtum. Ipsum profecto defecit, nomen solum infame relictum. Praeterea tota cuiusque hominis species erat rotunda, dorsum & latera circum habens, manus quattuor, totidemque crura, vultus item duos tereti ceruice conexos, & omnino consimiles. Caput utrisque vultibus contra versis, unum. Aures quattuor, genitalia duo, & alia singula, ut ex his quisque conuenienter excogitare potest. Incedebat tunc & rectus, ut nunc, in utramque vellet partem: & quoties celerius ire contenderet, instar eorum qui prono capite crura sursum circumferentes circularè choream exercent, tunc octo membris innixus celeri circulo ferebatur. Ob hanc vero causam tria genera & talia erant, quia masculinum Sole genitum erat: foemina, Terra: promiscuum denique, Luna. Vtriusque enim luna est particeps. Sphaerica vero erant & figura, & motu, quia parentum similia. Unde & robusto corpore, & elato aëre erant. Quare cum dijs pugnare tentabant, & in caelum ascendere, quemadmodum de Ephialto & Oto scribit Homerus, Iupiter igitur vnaqueque dii ceteri quid agendum esset, consulauerunt. Quae in re non parua inerat ambiguitas. Nam neque fulminare homines illos ut gigantes placebat. extincto enim hominum genere, humanus deorum cultus veneratior periret. neque in tanta insolentia perseuerare illos permittendum censebant. Tandem sensum Iupiter suum explicuit. Inueni, inquit, qua ratione fieri possit, ut & sint homines, et modestiores sint. Idque erit si imbecilliores fiant. Vnumquodque nunc duas in partes diuidam. Ex quo & debiliores erunt, & nobis et magis id conducit. Numero siquidem plures erunt qui nos solent. Recti duobus cruribus ibunt. Quod si rursus im-

pie insurgere videantur, iterum in duo secabo, ut unice crure nixi, utpote claudi, saltare cogantur. Hæc fatuus bifariam partitus est singulos, instar eorum qui ona diuidunt, ut sale condiant, vel qui capillo ona secant. Man dantur Apollini, ut partitione statim facta, cuiusque vultu cervicisq; dimidium in eam partem qua sectus est, verteret, ut scissionem suam considerans modestior fieret, reliquis aut mederi iussit. Ille continuo vultum vertit, & contrahens undiq; cutem in eum qui nunc venter uocatur, tanquam contracta marsupia & os unum faciens, medio in ventre ligavit. Quem quidem nexum umbilicum vocant. Et alias quidem rugas maxima ex parte laugavit, pectoraq; articulatum distinxit, organo quodam tali utes, quali coriarum cum corij rugas super pedis formulam poliunt: nonnullas vero circa medium ventrem umbilicumq; reliquit, ut quasi cicatrices quadam passionem nobis veterem semper repræsentarent. Postquam natura hominum ita diuisa fuit, cum quisq; dimidium sui agnitum cuperet, inter se concurrerant, circumiaculisq; brachijs se invicem completebantur, constari unum affectantes. Unde fame, et torpore deficiebant, eo quod nunquam sciungebantur. Et cum dimidium unum moriebatur, restabatq; alterum, quod supererat rursus aliud asciscibat similiterq; cogrediebatur, siue solius cuiusdam totiusq; femina dimidium esset, quam femina nunc vocamus, seu uiri. Atq; ita genus horum deperibat. Quocirca miseratus Iupiter, remedium aliud excogitavit, permutavit genitalia, et quæ prius retro erant, ad anteriores partes transtulit. Antea siquidem cum ad nates hæc haberent, non invicem, sed in terram spargentes semina cicadarum instar concipiebant, atque generabant. Cum vero ad anteriora transposuisset, per hæc generationem in se invicem fecit expleri: per masculum quidem in femina, hæc de causa, ut si in amplexu vir femina concisceretur, genita prole speciem horum propagarent. Sin autem masculo masculus, satietate ab amplexu amouerentur, & ad res gerendas conuersi victum curarent. Hinc utiq; ex illo tempore mutuis hominibus innatus est amor, prisca natura conciliator, annitens unum ex duobus efficere, hominumq; naturam mederi. Est igitur quisq; nostrum, dimidium horum, utpote sectus, quemadmodum pisciculi qui psetæ vocantur, scissi ex uno duo efficiuntur. Quærit autem sui quisq; dimidium: quæobrem quicumque ex viris promiscui generis portio sunt, quod olim Androgynum vocabatur, mulierosi sunt adulteriaq;, ut plurimum, ex his patrantur. Ex hoc sane genere mæchi ducunt originem. Rursus quæcunque mulieres virorum cupida mæchæq; sunt, hæc stirpe nascuntur. Quæ uero mulieres mulieris pars existunt, haud multum viros desiderant, sed feminas magis affectant, atq; hinc femina quæ feminas cupiunt nascuntur. At vero qui maris portio sunt, mares sequuntur. Ac dum pueri sunt, utpote qui maris particula sunt, viros diligunt, virorumq; familiaritate assidua congressuq; gaudet: hiq; sunt puerorum adolescentulorumq; omnium generosissimi, quippe qui natura præ ceteris omnibus sunt viriles. Hos quidam impudicos falso appellant. Neq; enim impudentia vlla, sed generositate, & fortitudine quadam mascula virilibq; natura hoc agunt: nam simili suo congratulantur. Huius euidentis argumentum est, quod cum adoleuerint, soli ad civilem administrationem conuersi, viri præstantes euadunt, et in ætate virili constituti, ipsos adole-

scentes diligunt, matrimonium vero filiorumq; generatio nem natura spernunt, nisi lege cogantur. Calebs porro uita his placet. Omnino igitur vir talis mares diligit, amicorumq; studiosus efficitur, cognato semper congratulatus. Quoties itaq; dimidium suum alicui cuiuscunque sexus amicus sit, occurrit, vehementissime concitantur, et obstupescunt, amicitiaq; & familiaritate & amore ardent, neq; momentum quidem, ut ita dixerim, seungi à se invicem patiuntur. Atq; hi sunt, qui per omnem vitam amare pergunt, neq; quid potissimum à se vicissim expectant, exprimerè possunt. Neque enim veneris coitus id esse videtur, cuius gratia alter alterius consuetudine tantopere delectatur. Aliud quiddam est profectò, quod autem utriusq; cupit, nec exprimere valet, sed vaticinatur potius concipitq;, & affectum infitum vestigijs signat obscuris. Atqui si unam iactibus illis superne Vulcanus cum suis instrumentis adstans interrogaret, quid est, o hoies, quod à vobis vicissim exigitis? et ambigentibus illis iterum percontaretur: Numquid hoc exoptatis, in unum idemq; maxime me congregari, adeo ut neq; die neq; nocte invicem se paremini? Si hoc affectatis, colliquefacià vos confundamq; in idem, ut ex duobus unum efficiamini, & tam in hac vita, quam apud inferos unum semper perseueretis. Videte an hoc sit quod ardetis, satisq; futurum sit vobis, si huius copotes efficiamini. Si ita, inquam, Vulcanus quæreret, costat quod nemo renueret, aut aliud quam hoc expetere videretur. Reuera enim quod olim cupierat, audisse se quisq; putaret, congressu videlicet coniunctioneq; cum amato unum ex duobus confici. Huius causa est, quia prisca horum natura hæc erat, integritatem eramus. Totius itaq; rescindi cupidusq; amoris nomen accepit. Olim quidem, ut supra narra bam, unum quisque nostrum erat. Deinde propter iniustitiam à Deo scissi fuimus, quemadmodum à Lacedæmonijs Arcades. Verendum est præterea, ne si minus modesti quam deceat in deos simus, iterum diuidamur, talesq; efficiamur, quales qui in columnijs figurantur, nates secti euadamus similes tenuissimorum quorundam animalium quæ Lippæ vocantur. Sed horum gratia unumqueng; decet summa quietate deos collere, & alios ad hoc exortari, ut hæc vitemus adipiscamur illa, quemadmodum nos dux noster amor & imperator admonet, cui nullus repugnare audeat. Repugnat autem huic, quia aduersatur dys. Nã si Deo reconciliati eum propitium habuerimus, singuli dimidium suum exoptatum reperiemus & consequemur. Quod quidem pauci his temporibus agunt. Neq; sermonem huic meum Eryximachus iste corripit, quasi piasaniam Agathonemq; dicat, forte enim & isti ex his sunt, & natura ambo mares existunt. Assero equidem de omnibus viris ac feminis, ita demum genus nostrum fore beatum, si quando amoris impetum explicamus, & suis quisque delictis potatur, in antiquam naturam penitus restitutus. Si hoc felicissimum quiddam est, sequitur ut ex ijs quæ nunc nobis tributa sunt, quod huic proximum est, id sit et optimum: hoc est, ut quilibet eos qui natura ipsi cordi sunt, nanciscatur. Cuius utique causam Deum laudantes, amorem iure laudare debemur, qui in presenti tempore nos summopere iuuat, dum in suum igniculum quenque conducit, & in posterum spem summam porrigit nobis deos pie colentibus, in veterem figuram restituendo medendoque se nos beatissimos effecturum. Hic meus

est Eryximache de amore sermo, à tuo diuersus: quem, ut supra orauit, ne carpas, ut audiamus quid quisque reliquorum afferat: imò quid uterque. Nam Agatho duntaxat & Socrates restant. Morem tibi geram, dicere Eryximachum. Nam mihi oratio tua placet, et nisi cognouissem Socratem, & Agathonem in amatorijs esse facundos, dubitarem ne verba illis deficerent, eo quod multa varijs sunt dicta. Verum adhuc illis confido. Strenue et ipse certasti. ò Eryximache, Socrates inquit dicebat. Verum si in eo gradu constitutus esses, in quo nunc ego sum, imò in quo ero cum Agatho quoque scite dixerit, perinde ut ego nunc maxime formidares, & angustijs undique premereris. Incantationibus circūuenire me vis, ò Socrates, Agathonem respondisse, ut in conspectu uestro pauescam, quod magna apud vos tūquam in theatro de me expectatio sit, quasi elegantissime sim dicturus. Nimis, ò Agathon, obliuiosus essem, dixisse Socratem, si te nunc coram paucis trepidaturum putarem, quem heri tam fortiter, tamque generose ascendisse pulpitum tragicum unquam cum histrionibus viderim, & sine ullo terroris motu coram tanta spe et anti multitudine, carminum periculum fecisse. Ne me adeo, dicere Agathonem, theatri studiosum eiusque fauori deditum putes, ut ignorem prudenti viro paucorum sapientium magis, quam multorum insipientium iudicium esse verendum. Inique iudicare Agatho, Socratem dicere, si quid in te rusticum existimarem. Noui equidem, quod si quos offenderes tuo iudicio sapientes, magis eos quam vulgus curares, sed vide ne ipsi tales minime simus. Interfuius ibi et ipsi, vulgariū numero computati. Sin autem alijs occurreres sapientibus, nequid in eorum conspectu inepte faceres, formidares. Nunquid aliter dicis? Nō. Vera n. refers, dicere Agathonem. Vulgus autem non metueres, dicere Socratem, si quid ineptum committere te putares. Hic Phædrum, ò amice Agatho, subiicisse, si Socrati respondere pergrum, nihil curabit quocumque cetera hic agantur, modo habeat quicum disputet, pulchro præsertim. Equidem libenter Socratem audio disputantem. Veruntamen curandum mihi est, ut amor à singulis ordine certo laudetur. Laudate igitur & vos Deum primo, postea arbitrati uestro inuicem disputabitis.

SECUNDA ORATIO.



RAECLARE loqueris Phædre, Agathonem dixisse, neque me quicquam dicere prohibet. Cum Socrate quidem sæpe alias disputare licebit. Ego vero nunc primum quatenus dicendum sit, monstrabo, postea dicam. Videntur mihi qui hactenus locuti sunt, non ipsum Deum laudasse, sed beneficia quae feliciter ab illo conferuntur, hominibus narrauisse. Qualis vero ipse sit qui horum bonorum causa est, nullus adhuc expressit. Recta autem laudandi ratio sola in omnibus illa est, qua illius de quo agitur natura prius ostenditur, postea quorum causa est declaratur. Sic & in ipsentia qualis ipse sit amor primum ostendere decet, deinde munera illius exponere. Affero equidem cum dii omnes beati sint, amorem, si modo fas est & tolerabile dictu, esse omnium beatissimum, quippe cum pulcherrimus omnium optimusque existat. Quod vero pulcherrimus sit, ex eo primum patet, quod deorum omnium maxime iuuenis est. cuius ipse euidentis argumentum præbet, cum senectutem fugiat, velocem videlicet, quae citius quam oportet adueniat, eamque amor natura odit, fugitque, iuueni-

bus vero se miscet. Scite quidem veteri proverbio fertur, simile simili semper herere. Et cum multa Phædro concedo, in hoc uno minime assentior, quod amor Saturno & Iapeto sit antiquior. Imò præ ceteris dijs iuuenem esse aio, semperque iuuenem: prisca vero deorum gesta, quae Hesiodus Parmenidesque describunt, necessitati potius quam amori attribueda, si modo illi vera narrarunt. Neque n. castrari inuicem, et vinciri, aliisque violenta permulta dijs olim contigissent, si amor illis tunc adfuisset: sed beneuolentia, et pax summa regnasset, quemadmodum nunc, ex quo imperare dijs amor incepit. Ergo iuuenis est, & tener præterea, mollisque. Opus autem est tali quodam poeta, qualis Homerum extitit, ad teneram amoris molliem demonstrandam. Homerum quidem Aten. calamitatem deam inquit esse, et mollem. Utque illius pedes teneros esse ostenderet, ait nunquam pauimenta calcare, sed per capita hominum incidere: perspicua sanè coniectura quod tenera sit, usus fuisse videtur, quia per dura non graditur, sed mollia tangit. Eodem nobis utendum est argumento, quod tener sit Amor ostendere cupientibus. Neque n. per terram, et saxa vadit, quae aspera sunt, sed mollissimis omnium rebus se insiggit atque permanet. In aëre quippe deorum & hominum sedem suam locat, neque tamē in quibuslibet animis: nam si durum animi offenderit habitum, aufugit: sin autem mitē mollemque, inhabitat. Cum itaque mollissimarum rerum mollissimas semper partes pedibus totoque tangat, tenerimum esse amorem necesse est. Quapropter & iuuenis est, & tener præ ceteris amor. Quinetiam aqua instar liquidus est, & lubricus. Non enim undique per omnem animam circumfluere posset, & clam influere, & effluere clam, si durus ac rigidus esset. Aptæ vero, compositæ, flexibilisque forma, argumentum esse formositas potest, hoc est figuræ concinnitas, quae amor omnium maxime proculdubio decoratus est. Inter diuinitatem porro & amorem est pugna perpetua. Colorum quoque decorem assidua inter flores habitatio huius dei significat. In eo siquidem quod floribus caret aut destituit, siue corpus, siue animus, seu quoduis aliud sit, amor ipse non insidet. Vbi cumque vero floridus, & odorifer est locus, gratissimè conquiscit. De huius dei pulchritudine permulta insuper afferri possent, sed ista sufficient, Deinceps de virtute amoris est dicendum. Quod in primis maxime faciendum est, Amor nec iniuriam infert deo, vel homini, nec à deo, vel homine iniuriam patitur. Non enim ipse qui patitur, si quid patitur. Nam violentia non tangit amorem. Neque vi facit, si quid faciat. Quisque sponte amori in singulis pareat. Quaecumque uero volens quispiam cum volente ultro contrahit, iusta habetur, ut regia civitatis leges statuunt. Nec iustitiae solū, verum etiam summa est temperantiae particeps. Si quidem inter omnes conuenit, temperantiam esse, libidinibus & uoluptatibus dominari, nullamque uoluptatem esse amore potentiorē. Quod si uoluptates omnes amore imbecilliores sunt, ab illo utique superantur, ille vero dominatur, amor itaque quoniam libidinibus, & uoluptatibus dominatur, mirum in modum est temperans. Quod ad fortitudinem præterea neque Mars qui equidem Amori resistit. Neque enim Mars amorem, sed amor Veneris, ut fertur, Martem detinet. potentius autem est quod detinet quam quod detinetur. Qui vero ceterorum fortissimo dominatur, omnium absque dubio fortissimus iudicandus est. De iniustitia igitur, temperantiaque, et forti

Prudenti uiro paucorum sapientum magis quam multorum insipientium iudicium esse uerendum.

Recta ratio laudandi.

Osi
patis
amari
rati.

fortitudine huius dei satis est dictum. De sapientia deinceps dicendum restat, quod quidem pro viribus est exequendum. Principio, ut ipse artem meam, perinde ac suam Eryximachus, honorem, hic deus poeta est adeo sapiens, ut alios quoque poetas possit efficere. Quilibet enim licet antea rudis, poeta evadit, cum primum amor afflauerit. Ex quo perspicue coniectare licet amorem peritum esse poetam, omnesque summam musico poesis numeros comtinere. Nam quae nec habet aliquis neque noscit, alteri dare, vel monstrare non potest. Quod utique per amoris sapientiam animalia cuncta gignantur atque nascantur, quis dubitet? Artium praeterea facultatem, nonne ab hoc deo tradidimus? eumque hominem cuius hic est praeceptor, quavis in arte excellere, clarumque evadere? contra vero eum qui ab amore non tangitur, in obscuro iacere? Sagittandi namque, medendi, et divinandum peritiam appetitu atque amore duce invenit Apollo, qui est Amoris discipulus. Musica similiter Musae. Fabricam Vulcanus arariam. Textum artificium Minerva: Iupiter deorum hominumque gubernationem. Quocirca res deorum amore interveniente dispositae sunt, amore, inquam, pulchritudinis: deformitate quippe non sequitur amor. Antea vero, ut supra dicebam, permulta atque atrociter inter deos propter necessitatis regnum, ut dicitur, contigerunt. Postquam vero deus hic ex pulchrorum desiderio natus est, bona omnia tam ad deos quam ad homines provenire. Ita mihi videtur, o Phaedre, amor ipse primum pulcherrimus optimusque esse, deinde talia quadam cateris quoque largiri. Succurrit mihi in praesentia metricum quiddam atque concinnum. Hic deus est qui pacem largitur hominibus, qui mari tranquillitatem, qui ventis requiem cubile viventibus omniumque securum. Hic rusticitatem a nobis amovet, hic nos familiaritate conciliat, ceteris huiusmodi omnes congregans. In solennibus festis diebus, in choris in sacrificijs, dux nobis et praesidens. Mansuetudinem quidem porrigens, exterminans feritatem, benevolentiam largitor, malevolentiam omnis expulsor, propitius beneficus, spectandus sapientibus, diis placidus, exoptandus expertibus, participantibus possidendus atque tenendus, Deliciarum, mollium illecebrarum, gratiarum dulcis perfusionis et desiderij pater. Bonorum studiosus, malorum strepor in labore, in timore, in desiderio, in sermone gubernator, perfectus adiutor, servatorque praecipuus. Cunctorum deorum atque hominum decus, et dux pulcherrimus atque optimus. Quem profecto sectari debet, praclarumque hymnis venerari vir quisque cantilena illius particeps, quam amor ipse concinit, mentem deorum hominumque permulcens. Haec igitur oratio mea Phaedre deo nonneatur, partim iocis, partim serijs rebus pro ingenij mei facultate referta. Dum haec Agatho dixisset, quemadmodum retulit Aristodemus conuiuia omnes summo quodam applausu orationem ipsam comprobauerunt: utpote quae sicut et Agathone et deo dignum erat, habita videretur. Quapropter Socrates, ad Eryximachum conuersus, inquit, An non merito, o Acumeni fili Eryximache, super praetium nunc videor, quod reuera contigit Vaticinatus, quod Agathon elegantissime loqueretur, unde mihi uerba de fore putabam? Vnum quidem, Eryximachum respondisse, recte Vaticinatum te puto, scire locutum Agathonem: tibi vero de futuram facundiam, minime. Qui non dixisset Socratem, et ipse, o beate, et alius quibus a di-

cendo absterreatur, cui post tam luculentam copiosamque orationem sit loquendum? Et cetera quidem quamuis apte composita, non adeo miranda videntur: elegantiam uero nominum atque verborum qua in orationis calce est usus, si quis animaduertit, protinus obstupescit. Quandoquidem et ipse cum intelligerem non posse me eloquentia prope accedere, parum absuit quin verecundia motus hinc alio, si quod licuisset, abirem. Etenim Gorgia me sermo admonuit, quod illud mihi Homericum contigisset. Extimus nempe ne sine verbis imponens Agatho, Gorgia faciendum est sermone suo in meum transmittens, mutum me factum, lapidem pro homine redderet. Tunc demum temere promississe me agnoui, amorem vobiscum pro virili mea collaudaturum, et inepte amatoria professum fuisse, quum omnino nescirem qua quidque sit ratione laudandum. Putabam equidem ob ruditatem meam, de quocumque quod laudatur a nobis vera oportere referri, et hoc quidem adesse atque licere, ex his autem pulcherrima seligentes quam decentissime ascribere nos debere. Quocirca ingenti quadam spe elatus sum, quasi recte dicturus, quandoquidem veram laudandi rationem, ut videbatur, haberem. Tandem vero haud congruus laudationis hic modus apparuit. Oportere namque videtur, maxima quaque, et praclarissima rei quam laudamus, ascribere, siue reuera illi adsint, siue non adsint. Nihil enim referre falsane an vera sint, cum propositum sit non quo amor ipse laudetur, imo ut quisque amorem laudare quam maxime videatur. Quapropter vniuersa amori tribuitis, talemque esse, et talium tantorumque causam affirmatis, ut quam pulcherrimus optimusque appareat, ignorantibus videlicet. Nunquam enim intelligentibus laus hominis recta, et pura iudicatur. Equidem laudationis huius modum penitus ignorabam. Nesciens itaque vobiscum conueni me quoque inter alios collaudaturum. Lingua ergo pollicita est, mens vero nequaquam. Absit igitur a me ista laudatio. Neque enim sic illum extollere possem. Veruntamen si vultis, ritum meo vera loqui cupio, et ad me ipsum respicere potius, quam cum orationibus vestris certare, ne risu moueam. Vide itaque Phaedre utrum vobis placeat orationem huiusmodi nunc audire qua de amore vera duntaxat enarret, verborum nominumque utcumque accidit compositione procedens. Phaedrum igitur, mihi sane et alijs placet, dicere, ut tuo arbitratu loquaris. Concede mihi o Phaedre dicere Socratem, ut pauca quadam Agathonem rogem, ut ab illo confirmatus loquar. Concedo equidem, Phaedrum respondisse: Interroga modo, Socratem.

SOCRATIS ORATIO.



INDE Phaedrum sic exorsum dicebat. Optima, o amice Agatho, orationis tuae fundamenta iecisse videris, cum diceres primo quid amor sit ostendendum, postea illius opera numeranda. Hoc equidem principium valde probo.

Age, itaque postquam de amore cetera ornate atque magnifice es elocutus, hoc insuper circa illius naturam mihi declara, utrum talis sit amor, ut alicuius amor sit, an nullius. Haud peto utrum matris alicuius patrisue sit, ridicula namque interrogatio esset, utrum amor patris matrisue sit amor. Verum si interrogassem, nunquid pater alicuius pater esset, an non, respondisses utique, si modo congrue loqui voluisses, patrem filij aut filiam patrem esse. An non? Pror-

B 4 sus,

Reprehenditur collaudatio, qua ut cuncta et maxima referatur, falsa peruntur.

sus, Agathonē dixisse. Nōne et matrem alicuius esse matrem? Et istud cōsensisse. Responde præterea, Socratē dixisse, pauca quadam, ut quod sentio magis intelligas. Frater nūquid ipsum quod est, alicuius est frater? Esse dicere. Nōne fratris aut sororis? Horum profectō. Conare similiter de amore nobis ostendere, num amor alicuius sit amor. Alicuius certē. Hoc itaq; memoriter serua, cuius sit recordatus. Atq; ad hoc responde, utrū amor, illud ipm cuius est amor, appetat, necne. Et maxime quidē. Nunquid hoc ipsum apud se habet, et tamē quod habet appetit atq; amat? An potius non hēt quod et amat, et appetit? Verisimile est non habere. Aduerte præterea utrū pro eo quod verisimile est, necessariū sit ita quicquid appetit, id quo eget appetere: et si nō eget, nec cupere. Mihi quidē mirū in modum hoc placet, ut necessariū sit. Tibi uerō quid uidetur Agatho, dixisse Socratem? Quod et tibi, respōdissē Agathonē. Bene loqueris. An uellet magnus quispiā magnus esse, & robustus aliquis, esse robustus? Ex his quæ supra cōcessimus fieri nō posse mihi uidetur. Neque n. indigus esset eorum quæ in seipso iam contineret. Vera dicis. Etenim si ille qui robustus est, uult esse robustus, et qui uelox, esse uelox, et sanus deniq; sanus, forte quispiā crederet, & hos, et alios quoslibet, ea quæ habent appetere. Ne igitur hic decipiamur. Hæc si diligēter animaduertas Agatho, necessariū esse uidebis quacūq; p̄senti in tēpore id habent, eadem in tempore eodem habere, seu uelint, siue nolint, hoc ipm uerō quisnam cuperet? Cū uerō quis addit: ac ego sanus dū sum, uolo equidē sanus esse, et diues dum sum, esse diues: atq; idcirco, quæ habeo cupio: huic protinus respondemus. O bone uir, ipse diuitias, sanitate, roburg, adeptus, uis hæc & in futuro tēpore possidere: quoniam in p̄senti uelis noli sue habes. Vides ergo cū dicis, quæ mihi adsunt cupio, nūquid aliud quàm hoc inferas, quæ mihi nūc adsunt, et in futuro adesse exopto. Censes hunc hōem Agatho hoc an aliud responsurū? Nihil aliud, dicere Agathonē. Amor profectō hōi, illud respicit quod nondū in promptu est nec habetur, adesse uidelicet et seruari illa in tēpore quod sequatur. Sic est oīno. Et hic igitur, & alius quicūque appetit, quod nō dum expositū paratum est, appetit, quōdne non adest, nec habet, & quod ipse non est, quōue indiget. Talia quadā sunt illa, quorū est appetitus, & amor. Talia proculdubio. Age dixisse Socratē quæ supra dicta sunt repetamus. Primo quidē amor, aliquorū dictus est amor, deinde illorū potissimum quibus indiget. Certē respondisse. Recordare præterea, quorū esse amorem asseruisti. Ego tibi in memoriā si uis reducam. Equidē ita dixisse te arbitror: A dijs oīa propter pulchrorū amorem fuisse disposita. Turpiū quippe amorem omnino nullum esse. An non ita dicebas? Ita profectō. Probabiliter quidē loqueris, o amice. Et si ita est, amor certē pulchritudinis amor est, turpitudinis uerō minime: Consentio. Nōne cōcessum est, id quo eget nec habet, amare? Concessum planē. Ergo pulchritudine indiget amor, eamq; nō habet. Necessarium. Quid uerō? Num pulchrū uocas quod pulchritudinis indigū est, nec eam habet? Nequaquā. Nunquid ulterius, si hæc ita se habent, amorem pulchrū asseris? Nihil eorū quæ supra dixi, intellexisse uideo. Rectē dixisti. Sed responde dixisse parūper ulterius, nūquid ipsa bona pulchra esse uidentur? At mihi ve

rō. Si igitur amor pulchris caret, bona uerō pulchra sūt, bonis quoq; caret. Repugnare tibi, o Socrates, nullo modo possem. Esto igitur, ut tu ais. Veritati quidē dicere nunq; o dilectē Agatho, aduersari posses, Socrati uerō facillime.

VERVM Agathonem iam dimittam, uobisq; o conuiuia, referam sermonem de Amore, quem olim accepi à fatidica muliere Diotima, qua et harum rerū perita erat, & alia multa sapienter intelligebat, & Atheniensibus olim sacris decennio ante pestē peractis morbi dilationē dedit. Illa me in amatoria facultate instruxit. Quæ igitur illa dixit, conabor uobis ex meipso secundū ea quæ inter me & Agathonē conueniunt, exprimere. Oportet autē primo, o Agatho, ut et tu exposuisti, quid & quale sit amor ostēdere, deinde opera illius enumerare. Præstat, ut mihi uideatur, eodē ordine uobis nunc referre quo hospes illa me examinans pertractauit. Fermē n. eadē ego illi quæ mihi Agatho, praxeram. Magnū esse deum amorem, & ad pulchra respicere. Eisdēq; rōnibus me redarguit, quibus hūc ipse, quod neq; pulcher esset amor, ut dicebā, neq; bonus. Ad quæ ego tūc, Quid ais, o Diotima, inquit. Turpisne igitur ac malus est amor? Et illa: dic meliora quæso. an putas necessarium esse, ut quicquid pulchrū non est, sit turpe?

Maxime. Et quod nō sapiens, ignorans? An nō aduertisti, esse quoddā sapientiæ & ignorantia medium? Quid istud? Rectē opinari, hoc est uerū absque certa rōne participē esse. hoc siquidem neq; scientia est: nam sine rōne scientia nunquā. Neq; ignorantia rursus. Quod n. ueri composit est, ignorantia non uocatur. hōi quiddam est opinio recta, inter sapientiam, & ignorantiam mediū.

Vera, dicebam ego, narras. Ne cogas igitur, inquit, quod pulchrū non est, esse turpe: quōdne non bonum, esse malum. Eadem ratione quamuis amorem, neq; pulchrū, neq; bonum esse concedas, non tamen putare debes turpem necessario esse, uel malum, sed inter ista medium. At uerō in hoc omnes consentiunt, magnum esse deum amorem. Ignorantēsne dicis, inquit, oēs? an scientes? Cunctos, inquam. Quōnam pacto ridicule magnum esse deum hi confiterentur, qui nec deum quidem esse uolunt? Quinam isti, inquam ego? Vnus quidē tu es, inquit, ego altera. Quōnam pacto dixisse me hoc asseris? Facile tibi ostendā. Dic age. Nōne deos oēs pulchros ac beatos asseruas? Nunquid auderes deorū quepiam nō pulchrū beatūne dicere? Nō per Ionē. Beatos autē nōne illos uocas, qui bona pulchraq; possident? Illos duntaxat. Atqui amorē in superioribus admisisisti propter pulchrorū bonorumq; inopiam, hæc ipsa quorū indigus est, appetere. Admisi equidē. Quōnam igitur modo deus est, inquit, qui pulchrorū bonorumq; est expertus? Nullo pacto ut uidetur, inquit. Vidēsne quod & ipse amorem deum esse non putas? Quid ergo inquam? Num mortalis est amor? Minime. Quid igitur? Superiorum instar mortalis immortalisue medium. Quid inquam est, o Diotima? Magnus, o Socrates, demon. Etenim omnis natura demonum inter mortales deosue est media. Quam uim habet? Interpretatur, inquit, & traiecit humana ad deos, diuina ad homines: horum quidem preces, & sacrificia, illorum præcepta sacrosq; solennes, institutiones, & ordinē. In utroq; medio cōstitutata totū complet, ut uniuersum secum ipso tali uinculo cōnectatur.

Divinatio
& magica
conceditur,
p. daemones

Amor unus
ex daemoni-
bus.

tur. Per hanc uaticinium omne procedit, sacerdotumque di-
lignia circa sacrificia expiationesque, & incantationes, et
divinationem omnem, atque magicam. Deus quidem ho-
mini non miscetur, sed per id medium commercium omne
atque colloquium inter deos hominesque conficitur, & uigila-
tibus nobis, & dormientibus. Quicumque harum rerum pe-
ritus est, diu uigilos, id est felix uir, & sapiens nuncu-
patur: qui uero alias artes & facultates qua manibus
explentur, callent, mercenarij nominantur. Enimuero
hi daemones multi atque uarij sunt. Ex his unus est amor.
Quinam parentes, inquam, amoris? Quamuis dictu pro-
lixum sit, inquit, exponam tamen. Quando nata est Ve-
nus, parato conuiuio discubuerunt dii ceteri, et ualidos,
i. consilij filius, πῶρος, id est affluentia deus. Cū cenati
essent, πείρα, i. paupertas mendicatura ebum, utpote epu-
lis illic abundantibus uenit, et circa fores obseruabatur.
Porus quidem nectare ebrius, uinum namq. nondum erat,
Iouis hortu ingressus est, & somno grauatus dormiebat.
Penia uero inopia compulsa quo pacto filium quasi quibus-
dam insidijs ex Poro conciperet, excogitauit. Quare iuxta il-
lud accubuit, Amoremque concepit. Unde natus est Amor
sectator cultorque ueneris, propterea quod in ueneris nata
libus est progenitus. Quinetiam natura pulchri desiderio
capitur, quum uenus ipsa sit pulchra. Quoniam uero Po-
ri ac Penia Amor est filius, sortem huiusmodi nactus est.
Principio aridus est, & squalidus, nudis pedibus, sem-
per humi uolans, sine domicilio, sine stramentis, et tegmi-
ne illo, ad fores in uia sub diuo dormiens, naturamque ma-
tris seruans, semper egenus. Secundum uero patris stirpem,
pulchris ac bonis insidiatur, uiriliter, audax, & vehe-
mens sagaxque uenator, noua semper machinamenta cōte-
xens, prudentia studiosus, facundus, per omnem uitam phi-
losophans, incantator, fascinatusque potens, ueneficus atque
sophista. Neque immortalis omnino secundum naturam, neque
mortalis: sed interdum eodem die pullulat atque uiuit, quo-
ties exuberat: interdum deficit: atque iterum reuiuiscit ob pa-
tris naturam. Quod uero acquiratur, continue subterfluit.
Quocirca neque mendicus est amor unquam, neque est opulētus.
Quinetiam inter sapientiam & insentiam constituitur. Sic enim res
se habet. Nullus deorum philosophatur, aut sapiens fieri
cupit. Est enim. Nec alius quicquam sapiens philosophatur. Neque
omnino ignorantes philosophantur, neque sapientes fieri cu-
piunt. hoc enim habet ignorantia presimium, quando qui nec pul-
cher bonus est, neque sapiens, sufficenter hac habere se cōset.
Nunquam igitur expetit illa quorum se indigum non aduertit.
Qui ergo potissimum, inquam, Diotima philosophatur,
si neque sapientes neque ignorantes id agunt? Hoc profes-
sō vel puer intelliget, inquit, quod hi uidelicet qui in-
ter istos sunt medijs, e quibus est amor. Sapientia nempe
pulcherrimum quiddam est, amor autem circa pulchrum
uersatur. Ex quo necessario sequitur Amorem esse philoso-
phum: cumque philosophus sit, medium ignorantis sapientis que te-
nere. Horum in causa eius genitura consistit. Nam ex patre
sapiente & opulento est genitus, matre uero minime sa-
piente, & certe paupere. Natura itaque daemōis, o amice
Socrates, ista. Nec mirum est talem te amore finxisse ex ea
opinionem, quam de natura eius habebas. Nam, ut ex tuis
dictis coniecio, non amantem, sed amatum amorem esse puta-
bas, & idcirco pulcherrimum tibi amorem esse uisum existi-
mo. Amabile quidem ipsum reuera pulchrum est, delicatum,

perfectum & certissimum. Amans autem aliam talem i-
deam habet, qualem in superioribus figurauit. Esto, in-
quam, ut uis, hospes, praclare n. loqueris. Cum uero ta-
lis sit amor, ad quid conducit hominibus? Hoc deinceps,
o Socrates, docere conabor. Talis quidem est, & ita geni-
tus amor. Est autem pulchrorum, ut ipse inquit. Verum si quis
ita querat, cuius gratia amor pulchrorum est, o Socrates,
atque Diotima? Imo sic clarius, Qui pulchra amat, quid ab
his potissimum expetit? Quid respondebimus? Adesse uideli-
cet sibi. At haec responsio questionem huiusmodi uera requirit.
Quid erit illi cui pulchra aderunt? Nihil in proptu quod
respondeam habeo. Siquis uero inquit, mutat is uocabulis, et
bono pro pulchro uens, percontetur. Qui amat bona, quid
expetit? Adesse sibi, inquam. Quid huic erit, cui bona
aderunt? Facilius ad ista responsio, inquam. Felix enim erit.
Possessione sane bonorum beati sunt quicumque beati, neque re-
quirere ulterius opus est, ad quid felix esse uelit, qui fe-
licitatem optat, sed finem iam responsio habere uidetur.
Uera loqueris, inquam. Nunquid hanc uoluntatem amo-
remque cunctis censet hominibus esse cōem? omnesque uelle bo-
na sibi semper adesse? Cōem plane. Cur ergo non omnes, o
Socrates, amare dicimus, siquidem omnes & eadem &
semper amant? sed quosdam amare, alios minime? Admi-
ror et ipse. Sed ne mireris. Nam speciem quandam amantiū
feligentes, Amorem denominamus, totius nomē attribuē-
tes. In alijs autem, nominibus alijs uimur. Exēplo, in-
quam, quodam declarata. Ut ecce. Scis utique, facere, amplius
quiddam esse, facere siquidem generatim dicitur causa qua
unumquodque ex non esse ad esse procedit. Quapropter
omnes cuiusque artis actiones, effixiones sunt, & artifices
omnes poetae. i. factores. Uera narras, inquam. Vides ta-
men quod non uocantur poetae, sed alia nomina sortiun-
tur. ex omni uero factione, una selecta particula, qua
scilicet circa musicam carminaque uersatur, totius nomine
nuncupatur. Poësis enim. i. effectio, haec sola uocata est:
quiue hanc effectiois particula habent, poetae. Uera haec
sunt, inquam. Idem quoque circa amorem accidit. Nam
summatim quidem omnis bonorum felicitatisque appetitio,
maximus & insidiator amor est cuique. Verum qui ad
bonum studio pecuniarum uel gymnastica uel sapientia
proficiscuntur, nec amare nec amatores cognominantur.
Qui uero secundum certam speciem ad id contendunt, to-
rius nomen subeunt, amorem uidelicet, & amare, &
amatores, Recte loqui uideris. Nonnulli ferunt, eos qui
dimidium sui perquirunt, amare. Ego autem, neque di-
midij, neque totius amorem assero, nisi aliquo pacto sit bo-
num: quando quidem & manus & pedes, si uidean-
tur mala, uel a seipsis homines abscindere uolunt. Non
enim suum quisque diligit: nisi forte quispiam quod bonum
est. suum ac proprium cuiusque uocet, quod uero ma-
lum, potius alienum. Quippe cum nihil aliud praeter bonum
homines ament. Nōne sit & tibi uidentur? Sic uti-
que. simpliciter ergo dicendum est, homines bonum ama-
re? Proculdubio. An non addendum quod adesse sibi
bonum cupiunt? Addendum. Nec adesse solum, sed &
semper adesse? Et semper. Est igitur summatim amor
appetitio qua bonum sibi semper esse quis cupit. Uera
nimium loqueris. Postquam huiusmodi quidam sem-
per uniuersalis est amor, potesne dicere quae potissi-
mum appetendi conditio, quiue prosequendi modus, & in

quali vel actione vel studio, Amor propriè nominetur?

Si id ostendere potuissim, nunquam sapientiam tuam admiratus essem Diotima, neque discendi gratia ad te venissem. At ego dicam. Est, inquam, hoc partus in pulchro, tam secundum animam, quam secundum corpus.

Vaticinio opus est ad id quod ais intelligendum. hoc. n. nullo modo percipio. Dicam equidem planius. Omnium, o Socrates, hominum pragnans, & grauidum corpus est, pragnans & anima. Et cum primum ad certam aetatem peruenerimus, parere nostra natura cupit: parere vero in turpi nequit, in pulchro potest. Viri sane mulierisq; congressu factus partusq; prouenit. Est aut opus hoc diuinum, & in animali ipso mortali, immortale hoc est, conceptio scilicet & generatio. Hac in eo quod sine proportionem & dissonum est, expleri nequecuma. Dissonum autem est quod turpe, ab omni quod est diuinum: pulchrum vero diuino consonum. Parca igitur & Lucina generationi pulchritudo ipsa est. Quocirca quoties pulchro quod grauidum est adheret, latitua gestit, hilaritate & voluptate diffunditur, pariterq; & generat. Contra vero cum turpi propinquat tristitia quadam & dolore contrahitur, absterreturq; & cohibetur, nec gignit, sed factum retinens angitur. Quapropter quod concepit, & iam luxuriat, ad generationem anhelat, circa pulchrum ut plurimum obuersatur, quoniam inde acri anxietate tenetur. Est enim amor non pulchri Socrates. Ut tu putas. At cuius, inquam. Generationis partusq; in pulchro. Reuera? Reuera, inquam. Cur generationis? Quia amor sempiternum quiddam est & immortale, quemadmodum in ipso mortali generatio: immortale autem autem una cum bono appetere necesse est, ex illis que supra concessimus, quandoquidem amor est appetitio, qua bonum sibi quisque semper adesse desiderat. Ex his concluditur Amorem immortalitatis quoque desiderium esse. Hac omnia mihi Diotima tradidit, cum de amatoris sermonem habuit, necnon sic interrogauit.

Amor est immortalitatis desiderium.

Quam huius amoris cupiditatisq; causam, o Socrates, arbitraris? An non vides quam grauer afficiuntur amantes omnes, & que gradiuntur, & que volant, cum ad generationem toto impetu proferuntur, & amoris ardore insaniunt? Primo quidem generationis causa quam vehementer ingredi concupiscunt. Deinde quantum circa natorum alimenta laborant. Horumq; causa imbecilla etiam animalia aduersus robustissima praelia poscunt, & pro illis occumbere parata sunt, ac fame deficere, modo filios nutriant, & aliud quodlibet audacter aggrediuntur. Homines quidem forte putaret quispiam rationis discursu hac agere, brutis autem quoniam amoris tam ardentis causa est? Assignare hanc potes? Minime, inquam. Credisne inquam, inquit, in amatoris peritus fore, dum hac ignoras? Ob hanc causam ad te, o Diotima, ut supra dixi, confugio, quia preceptores me indigere cognosco, horum itaq; precor, et aliorum quacumq; ad amorem attinet, causam afferas. Si credis illius naturam amorem esse cuius saepe iam diximus, ne mireris. Ex hoc enim similiter ut ex superioribus, natura mortalis, semper & immortalis esse pro viribus nititur: hoc autem generatione duntaxat assequitur, quoniam semper alterum iuuenem veteris loco substituit. Enimvero eo ipso in tempore, quo animalium unumquodque viuere dicitur, idemq; esse, ut à

Afida mutatio in corpore & anima.

pueritia ad senectutem, quauis idem dicatur, nunquam tamen in seipso eadem continet, sed nouum semper efficitur, & vetera exiit, secundum pilos, carnem, ossa, ac sanguinem, & vniuersum corpus. Neq; in corpore solum, verum etiam in anima id contingit. Mores, consuetudines, opiniones, cupidines, voluptates, dolores, atq; timores, continue permutantur. neq; quicquam ex istis idem, & simile perseverat, sed priora quidem abolentur, noua vero succedunt. Quinetiam quod mirabilis est, scientia quoque non solum alia euanescent, alia surgunt, neq; semper secundum scientias idem sumus, verum etiam una quauis scientiarum idem patitur. Quod. n. dicitur meditari, quasi exierit, scientia dicitur. Oblivio namque scientia exitus est. Meditatio vero nouam memoriam semper abeuntis loco restituens, scientiam seruat, ut esse eadem videatur. Hoc viq; pacto omne mortale seruatur, non quia semper oia non idem sit, ut diuinum, sed quia quod tabescit, et abit, nouum & simile sibi relinquit. Hoc remedio Socrates, quod mortale est sine corpore, seu quodlibet aliud, particeps immortalitatis euadit, quod vero diuinum & immortale, alia ratione. Quamobrem mirari non debes, si oia germen suum natura charissimum habeant. Nam immortalitatis gratia nixus hominum atq; amor cuiuslibet inest. Cum hac audissem, admiratione commotus, inquam, Siccine Diotima sapiens reuera de hi indicandum? Tum illa, ut perfecti sophista solent, Certe scito, inquit, o Socrates. Etenim si gloria studium quod hominibus inest, considerare volueris admiraberis ruditate tua, quod ea que dixi, non satis comprehendis. Cernes quidem quam vehementer exoptent, nos sese oibus exhibere, et in futurum immortalam gloriam consequi. Nam huius gratia magis quam filiorum, pericula subeunt, pecunias erogant, laboresq; nullos respiciunt, ac deniq; sese morti exponunt. An censes Alcestem pro Admeto mori voluisse, aut Achillem in ultione Patrocli occumbere, aut Vestrum Codrum pro filiorum regno perire, nisi immortalis virtutis memoriam, qualis apud nos extat consecutus se praesagissent? Longe abest, inquam, imò pro mortali virtute et honesta opinione cuncta hac, ut arbitror agunt: & quo meliores homines sunt, eo magis ad ista contendunt. Nam immortalitatem amant. Quicumq; igitur corpore secundum sunt, ad feminas se magis conuertunt, atq; ita amant, & filiorum generatione immortalitatem memoriam, felicitatem, per omne tempus assequi sperant. Sunt et qui animam grauidam atq; fecundam magis quam corpus habeant. hi sane concipiunt ea que anima & concepit & concipere conuenit. sed quidnam conuenit? Prudentiam videlicet, aliusq; virtutes, quarum rerum poeta omnia genitores sunt necnon artifices illi qui inuentores dicuntur. Maxima vero, & omnium praesentissima prudentia est qua ciuilia & domestica gubernantur, cuius nomen est temperantia atq; iustitia. Quisquis ergo virtutum huiusmodi natura plenus & grauidus est, ideoq; diuinus, aetate debita imminente parere iam generatq; affectat, & idcirco passim vagatur, queritq; pulchrum, in quo generet. in turpi nanque minime generaret. Quapropter corporibus speciosis magis quam de formibus gratulatur, utpote pragnans. Quod si animam praeterea pulchram generosam docilemq; reperiat utraque pulchritudine concurrente, mirifice delectatur, & coram homine illo confestim de virtute loquendo facundia pollet, qualis esse

lis esse debeat vir bonus edifferens, qui due sit eius officium, atq; hac doctrina imbueri illum studet. Adhærens quippe pulchro, eoque familiariter utens, quod quondam conceperat, parit & gignit, illius tamen absentia, quam presentia memor: quodue inde nascitur, cum illo coiter nutrit atq; educat. Vnde augustiorem cōionem, firmiterq; amicitiam vicissim contrahunt, quam mortalium filiorum pariter, utpote qui in filijs immortalibus magis pulchrioribusq; unā cōiciant. Etenim hmoi filios quilibet potius quam humanos eligeret, p̄sertim qui Homerū Hesiodumq; consideret, & p̄t̄as alios emuletur, dū cernit quales filios reliquerunt: qui cū immortales sint, immortalem quoq; gloriam memoriāq; parentibus p̄buerunt: qualesq; Lycurgus Lacedæmonijs reliquit filios, Lacedæmonia ac totius penē Græcia servatores. Honoratur & apud vos propter generationē legum ipse solo, alijsq; permulti alibi apud Græcos & Barbaros, qui multa atque præclara opera demonstrarunt, virtutem eōm prognerantes. Quibus sacra ac templa multa, ob hmoi sēpe natos dicata sunt, ob humanos verò adhuc alicui nunquā. In his utiq; amatorijs ò Socrates, ipse forsità industria tua initereris. Vtrum verò ulterius procedas, ac perfectā demū amatoria, quæ ue sublimē spectant, quorū gratia hæc sunt, aduertas: Vtrū, inquam, pergere valeas, necne, ignoro. Dicam tamen, omniq; studio tibi opitularbor. Tu verò pro viribus sequi me nitere, oportet cū qui ad hoc recto sit tramite progressurus, statim ab adolescentia pulchra corpora contēplari: & primum quidē si modo recte ducatur, unū corpus amare, ibiq; rōnes pulchras producere, cogitare deinde pulchritudinem q̄ corpori cui libet inest, alterius corporis esse germanā. Et si sequi decet, quod in specie pulchrū, absurdum est credere eam q̄ oībus corporibus inest, non unam eandemq; pulchritudine esse. Et qui hoc aduertit, oīum simpliciter pulchrorū corporū amator euadere debet, amoris autē erga unum vehementiam hac rōne remittere, atq; vnus speciem parui facere. Post hæc pulchritudinem quæ animis inest, illa quæ in corpore præstantiorem existimet, adeo ut si quis animi ingenui sit, quamuis forma corporis alijs quibusdam cedat, sufficere tamen arbitretur, & amet, curetq; & rationes hmoi pariat, quaratq; sermones omnes qui reddere meliores adolescentes possint: ut hinc ad pulchritudinem quæ in officijs ac legibus reperitur, inspiciendam ducatur, intelligatq; illam omnem sibi ipsi vniformem cognatamq; existere, ut eam quæ circa corpus est pulchritudinem parui faciat. Post officia legesq; ad scientias transeat, ut scientiarum pulchritudinem contēplatur: dumq; id quod ampla exuberat pulchritudine, contētur, haud amplius tanquam mancipium vnus puelli speciem admiretur: neq; vnus hominis vel officij pulchritudine sit contentus. Nam quisquis in hoc delinquit, exilis & abiectus est seruus. Verum in profundum pulchritudinis se pelagus mergat, ubi ipso intuitu multas præclaras atq; magnificas rationes intelligentiasq; in philosophia abunde pariat, donec ibi confirmatus & roboratus, scientiam iam vnā talem intueatur, quæ pulchri talis existit. Actiō verò nunc mētis pro viribus adhibe. Quicunque hucusq; per amatoria gradatim deducitur, recto ordine pulchra intuitus, ad finem iam amatorij affectus perueniens, subito quandam naturā mirabilem inspiciet

pulchritudinem: Hoc illud cuius gratia labores oēs præcedentes subiimus. Principio quidem semper est, nec fit, nec interit, neq; crescit vnquam, neq; decrescit: præterea non hac ex parte pulchrum, ex illa turpe, vel tum pulchrum, tum minimè. Neq; ad hoc quidem pulchrum, turpè verò ad illud. Vel hic pulchrū, ibi turpè, ut quibusdam pulchrum sit, quibusdam verò nequaquā. Neq; rursus imaginatione quadam ipsum pulchrum ita fingetur, quasi vultus pulcher, vel pulchra manus, aut aliud quiddam cuius corpus est particeps. Neq; ut oratio quædam, vel ratio, aut scientia quædam. Neq; in alio iacere putabitur. Velut in aëre, vel terra, vel celo, aut alio quopiam, sed id ipsum per se ipsum cum semetipso vniforme semper existēs. Cætera verò omnia quæ pulchra sunt, illius participatione pulchra, ea scilicet conditione, ut nascentibus & intereuntibus alijs, nihil subtrahatur illi, aut addatur, neq; passionem vllam incurrat. Quādo verò ab his aliquis legitime amando ascendens, illud ipsum pulchrum sufficere incipit, ferme iam sinē attingit. Hoc est profectō ad amatoria recte pergere, vel ab alio duci, quādo videlicet quis ab his pulchris gratia pulchri illius ascendere incipit, quasi quibusdam gradibus utens, atq; ab vno primum in duo transiens, & à duobus in omnia quæ pulchra sunt corpora, ab his in oīa officia pulchra, à pulchris officijs ad doctrinas pulchras conuersus, à doctrinis deniq; multis in illam doctrinā perueniens, q̄ non alterius est quā illius ipsius pulchri doctrina: atq; ita demū quid ipsum pulchrum sit, contēplatur. In hoc utiq; vita statur, ò Socrates, si vsquā alibi, hōi videlicet ipsum pulchrum spectanti viuendum. Quod si quando videris, supra quam dici possit p̄ciosius auro, ornatisq; vestibus & pulchris pueris adolescentibusq; censebis. Quos nunc & tu & alij multi, dū spectatis, nimium obstupescitis, & si fieri posset, eligeretis inter illos semper cibo potuq; neglecto versari. Quam felix illud spectaculū fore putamus, sicui contigerit, ut ipsum pulchrū intueatur, sincerū, integrum, purū, simplex, non humanis carnibus, coloribus alijs mortalibus nugis contaminatum, sed ipm secundum se pulchrum diuinū inspiciat. Nū vitam hmoi parui facias? hōi videlicet ipsius qui illuc suspicit, qui tam præclarū spectaculum contuetur, qui illi coheret. Nonne cogitas quod sibi solū cernens ille co oculo pulchrū quo percipi potest, non imagines virtutis ulterius, sed virtutes ipsas pariet? quippe cū non simulachrū, sed rē ipsam attingat. Cumq; virtutē veram pariat, atq; aliat, Deo amicus efficietur, & si quis alius hōi, is maximè immortalis existet. Hæc Socratem referebat, ò Phædre, alijsq; conuiuia, Aristodemus dixisse sibi relata à Diotima. Cui fidem adhibeo, atq; alijs persuadere studeo, hōi naturam haud facile posse ad beatā immortalitatis possessionē quicquam legitimo amore conducibilis inuenire. Quāobrem honorandū amorem ab oībus hominibus censeo. Equidem amatoria colo, meq; summopere in his exerceo, aliosq; exhortor. Et nunc quidem ac semper pro ingenij facultate amoris vim & fortitudinem laudo. Hunc ò Phædre sermonē, si vis, quasi laudationem quandam amoris existima: sin autē aliter appellare placet, appella. Cū hæc dixisset, ut reculit Aristodemus, reliqui oēs probarunt, Aristophanes solus repugnare tentauit, quia mentionem sermonis illius supra fecerat. Sed repente de

Stibulo ostium percussum sonitum dedit, & clamor de-
 bacchantium iuuenum tibiaeque auditus. Tum Aga-
 thonem videte dicere ministris, quinam hoīes aduentu-
 rint, & si quis familiaris noster intersit, ad nos accer-
 site. Si nullus, nos haud amplius bibere, sed iam quie-
 scere nunciate. At paulo post vocem Alcibiadis audie-
 runt, ebrietate insultiantis, aliusque in vestibulo claman-
 tis. Qui ubi esset, Agathonem stagitasse, ad seque duci
 iussisse. Eū igitur tibiae alyque contubernales ducebāt,
 & ad fores vestibuli sistingebant, corona quadam ex hede-
 ra violisque conferta redimitū, vittisque multis caput circū-
 datum, clamantemque, Saluere vos inbeo viri, ebrium
 valde hoīem cōpotatorem suscipite. Vel abeamus, Aga-
 thonē solum coronantes, cuius gratia venimus. Heri equi-
 dem interesse nequini, hodie veni vittas ferēs, ut à meo
 capite sapiētissimi pulcherrimique caput, si ita dicam, re-
 nuncire. An me velut ebrium deridebitis? ego vero, ri-
 dentis licet, vera tamen loqui me scio. Respondete dare
 nunquid ad haec ingredi permittatis? cōpotetis, an non?
 Hic acclamaſſe oēs, iussisseque ingredi, atque accumbere,
 Accersit & Agatho. cōtubernales igitur adducebāt,
 ille vittas tollens & Agathonis caput circūdaturus, So-
 crate licet in conspectu esset, non vidit. Propò Agatho-
 nem igitur assedit, inter hunc & Socratem medius. Et
 nāq; Socrates cesserat. Cū sedisset, Agathon congra-
 tulatus est, coronauitque. Agatho, suscipite, inquit, Al-
 cibiadem pueri, ut sic velut tertius accubāt. prorsus di-
 xisse Alcibiadē, & quis tertius conuiuia esset, interro-
 gasse. cōuersumque Socrate vidisse, cumque resistisset, Prò
 Hercules dixisse, quid hoc est? hic et insidiatus mihi, o
 Socrates, confedisti? Sic semper soles, ubi minimè oīum
 expectare, protinus mihi occurrere. & nunc cur huc ve-
 nisti? Cur hic potius quam apud Aristophanē sedes? aut
 si quis alius ridiculus hic est, videtis? Vult? Sed callidè
 excogitasti, qui iuxta conuiuia pulcherrimū hic sederes.
 Socratem aut ad Agathonē conuersum vide, dicere, A-
 gatho si quo pacto mihi succurrere potes. Amor quippe hu-
 ius hoīs, haud leue quiddam mihi exitit. Ex eo nāq; tem-
 pore quo hunc amare cepi, nunquam mihi licet aut afficere
 pulchrū aliquem aut alloqui, quin iste zelotypus. i. ama-
 toria suspitione captus, & inuidens mira quādam tentet,
 conuicieturque, imò vix se continet quin manus inferat.
 Vide igitur ne in p̄sentia tale quid agat, sed nos cōcilia:
 vel si vim inferre conetur, opitulare. Nā huius furor &
 amatorius impetus me maximè terret. Ad haec Alcibia-
 des, Inter me ac te cōciliatio nulla cadit, sed horū causa
 alias vlciscar: nūc aut Agatho mihi aliquas ex his vit-
 tis impartias, ut & huius mirabile hoc caput exornē, ne
 mihi succenseat quod te coronauerim, non ipm qui omnes
 hoīes sermonibus superat, non heri tantū ut tu, sed sem-
 per. Acceptis itaque vittis, coronauit Socrate, ac sedit.
 sedens aut inquit, Nimum mihi sobrij cōuiuia videmini,
 neq; permittendū vobis id censeo. bibendum est enim. Nā
 inter nos id conuenit. Ergo bibendi principē donec satis bi-
 beritis, me vobis propono. Ferri iube Agatho si quod ad-
 est amplum poculū. sed nihil opus est, imò feras huc puer
 vas illud, quod plures quam octo pateras capere videtur.
 Cū vas impleuisset, prior ipse bibit, Socrati deinde infun-
 di iussit, & inquit, Aduersus Socratem, o conuiuia,
 dolo hoc nihil promoueo. Quantumcūq; quis iusserit, ebi-

bet, nec ebrium inquam videbitis. Socrates, cū infu-
 disse puer, bibit. Tū Eryximachus, quid agimus Al-
 cibiades? Ita nec loquimur quicquam super calicē, neg-
 canimus, sed quasi sitientes ingurgitamus? Ad quē Al-
 cibiades, Salue optimè Eryximache, optimo et frugi ad-
 modū patre nate. Et tu salue, Eryximachus subiunxit.
 Verūm quid nobis agendū? Quod inquit Alcibiades tu
 praeceperis. Tibi quidem parendum est. Vir medicus mul-
 tis alijs aequabitur vnus. Impera ergo quodcumq; lubet.
 Audi iam, inquit Eryximachus. Antequā ingrede-
 reris, visum fuit ab vnoquoque p̄sentium factō in dexterā
 circuitu deinceps Amore pro ingenij facultate laudandū.
 Nos quidē singuli diximus, tu quoque cum nō dixeris, bi-
 beris aut, iure dicere debes: & cū dixeris, tunc demū
 Socrati quicquid volueris, imperabis. Socrates quoque illi
 qui ad dexterā succedit similiter, caterisque deinceps. Prae-
 clare loqueris, inquit, Eryximache. Sed non aqua ratio
 videri debet, ut ebrius cū sobriorum oratione verba sua
 conferat. Sed o beate vir, persuasitne tibi Socrates quic-
 quam ex his quae paulo ante narravit? Vel scis contra esse
 vīno? Hic. n. si eo praesente quaequā laudauero, vel Deū,
 vel hoīem alium quam hunc ipm, manus non cōtinebit.

Bona verba quae, dixisse Socratem. Nihil ad haec di-
 cas, respondiſſe Alcibiadem: per Neptunū. n. neminem
 alium te p̄sente laudarim. Sic agendū, inquit Eryxima-
 chus, videtur. & si vis Socrate lauda. Quid ais? in-
 quit Alcibiades, Oportere videtur Eryximache, hunc
 virū aggreddi, & corā vobis vlciscar. Quid cogitas,
 dixisse Socrate, de ridiculis quibusdā me laudabis? An
 quid ages? Vera loquar, inquit Alcibiades, permittit-
 ne? Vera quidē, dixisse Socrate, loqui permitto, ac et in-
 beo. Parebo, inquit Alcibiades, quam liberissimè, modo
 id assequi possim. Verū tu obserua, & si quid minus verū
 refero, interpella ut lubet, mēdaciūmque redargue. Nū-
 quam. n. sponte mentiar. Neq; mireris, si aliud aliunde
 vterūq; redit in memoriā, reuoco. Nam haud facile est hoī
 sic afflicto, miros tuos mores facundè certoque ordine nume-
 rare. Socrate o viri cōuiuia, per imagines laudare cona-
 bor. Iste igitur forte suspicabitur, ne ad ridicula sermonē
 conuertā. Sumetur autē imago veri non ridiculi gratia.

ALCIBIADES COLLAUDANS

SOCRATEM.



SOCRATEM assero persimile Silenis istis,
 qui sedentes inter alias imagines à sculpro-
 ribus figurantur, ita ut fistulas tibiaeue
 teneant. Qui si bifariam diuidantur, repe-
 riuntur intus imaginem habere Deorū. Sa-
 tyro quoque Marsya simile esse dico. Et quod affectu quidē
 his es persimilis, ne tu quidē, o Socrates, negabis. Quod
 verò in alijs quoque similitudinē eorū habes, deinceps iam
 audi. procax & contumeliosus es, an non? si nō fateris,
 equidem testes adducā. An nō tibi cō? Et tibi cō quidem
 Marsya longè praestantior. Ille. n. instrumentis quibus-
 dam hoīes demulcebat oris potentia, & nunc et si quis
 modulatione illius vritur. Nā illa quae Olympus modu-
 latus est, Marsya qui docuit modulatum dico. Eius igitur
 tur harmonia seu vox quidā benè, seu scēmina malè vira-
 tur, sola animos attrahit, & quia diuina est, ostendit
 quinam dijs mysterijsque indigeat. Tu aut in hoc dūtaxat
 differs ab illo, quod sine vllō instrumentum nobis quidē
 uerbis

Verbis hoc idem efficias. Nos certe quoties aliū audimus alterius Verba referentem, etsi nimium boni oratoris, tamen nullius, ut ita dixerim, illa facimus. At cum te quis audit, aut tua Verba quouis alio referente, quamuis ineptus ille sit qui refert, & sine Vir seu femina, siue adolescentulus audiat, obstupescimus quidem, ac mente corripimur. Equidem nisi suspicarer, ne forte nimis ebrius videar, inreirando interposito affirmarem, qualia mihi alius ab huius Verbis contigerunt, contingantq; etiam nunc quoties hunc audio. Multo magis quam hi qui Corybantum more deferuntur, cor in me concitator ad huius Verba, lacrymasq; effundo, videoq; multis alijs hoc idem cōtingere. Et cum Pericle audiebam, ceterosq; oratores bonos, videbantur illi quidem mihi praeclare dicere, sed nihil tale mihi contingebat, neq; concitabatur animus, neq; seipsum quasi serviliter viuentem condemnabat. Sed ab hoc Marsya nostro saepe ita insector, ut existimē nullo modo in hoc statu vita mihi esse viuendum. Haec o Socrates, ne negaueris. Quinetiam certo scio, si in praesentia aures illi praestare velim, minimē tolerare, sed eadem illa mihi euenirent. Cogit. n. me fateri, quod cum ipse ego in multis deficiam, tamē meipsum negligo, remq; populi Atheniensium curo. Vi ergo quasi aduersus Sivenus obturans aures, hunc fugio ac vito, ne apud eū sedens consenscam. Patior autē erga hunc solum quod ne mo existimaret, ut cuiusquam pudore ac verecundia detinerer. Atqui hunc solum vereor. Conscius. n. mihi sum, defendere me non posse, quin sint agenda quae iubet: sed cum ab eo discedo, populari ambitione me superari. Fugio igitur hunc atq; vito, & quoties ipsum intueor, Verecundia me quia promissa non seruauerim, capit, ut saepe cupiam hunc ē vita decedere: Rursus verò si acciderit, scio me longē id iniquius toleraturum. Itaq; quō me vertam, aut quemadmodū hoc vtar, nescio. Et a modulationibus quidem Satyri huius talia mihiq; & multis alijs contigerunt. Cetera verò audite, ut similis sit his, quibus ego simile esse dicebam, & vim quā mirabilem habeat, intueamini. Scitote neminem vestrum Socrate cognoscere. Sed ego vobis ostendam, quandoquidē dicere iam incepti. Cernitis quā vehementer Socrates erga pulchros afficitur? semperq; inter eos versatur & obstupescit? ignorat oīa, nihil nouit. figura profecto hac Silenis est persimilis. Scitote igitur eum hac habitus forma exterius amicitri, tanquam sculptum quendam Silenum. Intus verò si aperiat, mira, o Viri conuiuia, castimonia & integritas inest. Neq; n. pulchritudinem corporis cuiusquam quicquam aestimat, neq; diuitias, neq; honores, neq; cetera quae vulgus admiratur, sed ea cuncta supra quā existimari queat, longē spernit, ac pro nihilo ducit. Quocirca nullius nos esse apud eum vobis assero: fingit tamen ironicus aliter, ac iocari palam de his rebus nunquam cessat. Serio autē agentis atq; intus aperti, nescio vtrum quisquam vestrum diuinas quae intus latent imagines vnquam inspexerit. Ego certē quandoq; eas cōspexi, atq; mihi visae sunt vsque adeo diuinae, & aureae, & formosae, & mirabiles, ut nullo modo fas existimē aliter quā Socrates p̄cipit, agere. Ego iam aliquando o Viri conuiuia, Socrate arbitratus mea specie reuera admodū delectari, occasione hanc mirificā felicemq; ad id quod affectabā, me nactum esse putavi. Gratificari quippe so-

crati constitui, ut quaecunq; ille nouerat, mecum cōicaret. Nam magnum aliquid & mirificum formositatē meam existimabam, eaq; plurimum fidebam. Cumq; antea nūquam sine comite cum eo loqui consueuissem, quandoq; dimisso comite, solus cum eo restiti. Vera vobis omnia aperienda sunt. Attendite obsecro. Si mentior Socrates, ipse redargue. Restiti equidem o Viri conuiuia, solus cum solo, sperans eadem hunc mihi dicturum, quae amatores amatus cum soli sunt, loqui solent. Qua spe valde letabar, horū verò nihil actum est, sed ut solitus erat, cum ad vesperam vsq; differuisset, abiit. Post haec ad palatram hunc citavi exercuiq;, quasi in hac aliquid perfecturus. soli itaq; saepe nos simul gymnastica exercuimus. Quid multis opus est verbis? Nihil mihi successit. Postquam verò hac nequaquam successerat, durioribus machinationis virū hunc aggredi statui, nec ab inceptis destere. Audite quā vehementer huic insidiatus sum. Cœnatū accersius tanquam amator amatis insidiatus. Is nō facile nec primo paruit, tandem verò obsecutus est. Venit ergo: sed sumpto cibo confestim abiturus surrexit. Tunc ego pudore detentus, abire permisi. Sed alias vehementiores insidias tendens, post cœnā ad multam noctē sermonē protraxi: cumq; vellet discedere, obijciens intēpestam noctem, manere cōēgi. Quieuit igitur in proximo lecto, super quē sedens cœnauerat, nec alius p̄ter nos vllus ibi ea nocte dormiuit. Quae haecenus dicta sunt, sine rubore vbiq; proferri possunt. Quae verò sequuntur, non prius audietis quā prouerbiū illud recensuerim, Vinū & cum pueritia, & sine pueritia est veridicū. Quinetiam iniustū videtur, ut is qui Socratem laudat, superbū & iniustum facinus illius silentio p̄treat. Præterea nō aliter affectus sum quā ille quem viperā mordet. Illū quippe ferunt qualis sit eius passio aperire nolle, nisi his qui similiter agrotant, quasi hi soli, ut potē mali non ignari, ignoscant, si quis cruciatu cōpulsus, & loqui & agere cuncta nō dubitet. Ego igitur praeceteris adstrictus vehementiori philosophiae morsu, qui oīum est acerrimus, & siue cor, siue arum, siue quocunq; id appellandum sit, saucius cupiditate in philosophia sermonū, qui acrius quā viperā mordent, & occupant si quando attigerint iuuenilem arum qui non penitus ignauus sit, compelluntq; ad quicquid tandē sit, faciendum atq; dicendum, nihil intentatum relinquere statui, quo Socratem ad explendam hanc sitim mihi quā consuetissimum facerē. Non dicerem ea quae dicturus sum, nisi apud eos conuiuas loquerer, quos semper quasi vesano quodam philosophiae furore correptos bacchantesq; prospexi, Phadros, Agathones, Eryximachos, Pausanias, Aristodemos, Aristophanes, Socratem deniq; ipsum, & ceteros. haec. n. mihi nisi saucius, eodemq; modo affectis narranda non essent. Quare vos audientes, mihi veniū dabit pro his quae tunc a me facta, & nunc dicta fuerint. Famuli autem, & si quis alius adsit prophanus & agrestis, aures obstruant. Extincto lychno, famulisq; absentibus, visum mihi o Viri conuiuia, haud amplius dissimulādū differēdūq;, se ī genuē quod sentire aperiēdū. Tetigi itaq; illū dicēs, Socrates dormis? Nondū, inquit. Scisne quid haecenus mihi visum fuerit? inquā. Qua de re, et quid rogas? inquit. Tu mihi solus amator me dignus extitisse videris, inquā, verecūdius tamē in amore fuisse. Equidē cū ita se res habeat,

egoq;

Prouerbiū.

egoq̄ talis sim, stultum esse ducerem, nisi in hoc quoq̄ tibi gratificarer, & in ceteris oibus, siue meis rebus, siue amicis indigeas. Mihi quidem nihil est antiquius, quam ut optimus vir euadam. Ad hoc nemo me magis quam tu iuuare potest. Ego aut̄ tanto viro non obsecutus, vehementius sapientum increpationes vereret, quam obsecutus insipientum verba. q̄ cum audisset, solita ironia dissimulans, ita respondit. O amice Alcibiades, videris reuera non ignauus vilisq̄ esse, si vera sunt qua de me refers, & inest mihi vis quadam per quam ipse melior effici possis, & miram in me pulchritudinem conficis, tua forma longe praestantiorē. Si ista cognoscens, concitare mecum exoptas, & pulchritudinem pulchritudine commutare, tanquam foenerator multo plus quam ego reportare contendis. Nam pro opinione veritatem pulchrorum lucrari conaris, & aurum pro orichalco recipere. Sed o beatē, diligentius aduerte, ne te mea conditio lateat, cum nullius sim precij. Tūc sanē mentis oculus acutē incipit cernere, cum primū corporis oculus deflorescit. Tu verō ab hac atate es procul. Mea quidē alia sunt, qualia dixi, inquam. Neq̄. n. in ore vnum, in corde aliud habeo. Tu aut̄ ita delibera, ut & tibi & mihi melius fore censes. Probe, inquit, loqueris: ergo posthac inuicem consultantes agemus, quod virisq̄ tā in his, quam in ceteris oibus maximē conducturum putabimus. Cum hac audissem, & obiecissem, quasi iaculo quodam saucium existimaui. surgensq̄ ne verbum quidem ulterius loqui permisi: & hunc amictum quē videtis, circūdans, erat. n. hyems, substrato huius pallio veteri recubui: & hisce brachijs felicem hunc sapientemq̄ virum penitusq̄ mirandum amplexus, noctem sic totam quieui. Hęc sero non negabis o Socrates. Is tamen formam qua ego maxime fidebam, spreuit oīno quasi ridiculam, superbeq̄ contempsit. Deos oēs Deasq̄ testor o iudices, estis. n. Socratica superbia iudices, me non aliter surrexisse, ac si cum patre, vel fratre natu maiore iacuissem. Quā mihi mentem post hac fuisse putatis, cum me quidē contemptū existimare, eius aut̄ ingenium, temperantiam & fortitudinē admirarer, virum talē nactus, qualem me prudentia & tolerantia reperiturū esse nullum crediderā? Quapropter qua rōne illi succenserem, ab eoq̄ discedere, haud inueniebam, neq̄ rursus quibus illecebris ipsum mihi conciliarem. Nouerā equidem difficiliter hūc pecunijs, quam Asiace ferro domari posse, & id quo facilius irretiri illum speraueram, me fefellit. Ambiguus itaq̄, & huic viro magis quam alius quisquam alteri mancipatus, circūuagabar. Hęc omnia tunc à me facta sunt. Procedente post hac tempore militia illi simul mihiq̄ obuēnit aduersus Potidaeam, fuimusq̄ Socrates & ego in eo exercitu contubernales. Primum quidem laborum patientia nō me solū, sed alios oēs longē superabat: & si quo in loco, ut accidere solet in bello, comeatus deficeret, nulli pares huic reperiebantur ad famē sitimq̄ perferendam. Rursus verō in abundantia rerum & comessatione mensaq̄ militari, solus hic frui posse videbatur. Et quamuis bibere nollet, tamen si cogebatur, omnes protinus bibenda longē vincebat: & quod mirabile est, ebrium quisquam eum nunquā conspexit. Sed hoc mihi adhuc in posterum redargui posse videtur. Aduersus aut̄ hyemes & frigora, q̄ illis in locis asperissima sunt, mirabilia faciebat.

Quandoq̄ enim gelu maximo intolerabiliq̄ facto, ita ut nulli exire de tabernaculis audent, & si qui exibat, non nisi suffarcinati admodum, pedesq̄ & crura pellibus pannisq̄ laneis diligenter circumuoluti: Socrates per hoc ipsum tempus ita exibat cū ceteris militibus, ut nihil ad eam vestem adiungeret, quam primo ferre solitus erat. Nudis verō pedibus per glaciē facilius incedebat, quam cum calceis alij. Milites verō hac intuentes, se contemni ab eo sufficabantur. Et in his quidem talis erat Socrates. Quid autem fecerit tolerantissimus vir in eodem exercitu, operaprecium est audire. Nam cum aliquando cogitatio quadam incidisset, stetit cogitans eodem vestigio à matutino tempore: cumq̄ explicare id quod cogitabat non daretur, persistabat cogitans, nec dimittebat. Et iam meridies erat, militesq̄ id senserant, ac mirabatur, alterq̄ narrabat alteri Socratem ab aurora stetisse cogitantem. Demū verō ab Ionia quidam milites, cum nox iam immineret, coenati prius, erat. n. tunc astas, circa eum strata posuerunt, iacueruntq̄ sub duo illum obseruantes, an per noctem quoq̄ perseueraret. Socrates verō stetit usq̄ ad auroram sequentem, ac solis exortū. Post eā verō abiit, cum iam solē nascentem salutarisisset. In praelijs quoq̄ qualis fuerit, non est silentio praterendum. Nā cum ea pugna fuit, ex qua me quasi optimū pugnatorem duces exercitus donauerunt, nemo alius me seruauit quam Socrates. Videns. n. me grauius vulneratum, nequaquā deseruit, sed ante me prosiliens, me ipsum atq̄ arma mea protexit, ab hostibusq̄ seruauit. Atq̄ ego tūc ista pdicans conatus sum, ut non mihi, sed Socrati huic, à quo seruatus eram, dona illa traderentur. Neque ista confutaueris, neq̄ veluti falsa negaueris Socrates. Tūc sanē duces ad meam respicientes dignitatem, donare me maluerunt, te in primis o Socrates obsecrante, ut mihi non tibi honor exhiberetur. Illud quoq̄ dignum est memoratu, quemadmodum fuga nostrorum apud Delium facta, se Socrates gessit. Nam interfui quoq̄ huic praelio, & quidem ex equo pugnans, cum Socrates ipse pedes esset. Prosigatis igitur nostris, ac fuga iam oīum facta, Socrates vnā & Laches pedē referebant. Atq̄ ego cum in hoc casu incidissem, bono aīo esse iussi, meq̄ nunquam deserturum eos dixi. Hic igitur eo melius aspicere potui Socratem quam apud Potidaeam, quo ipse confisus equo, minus formidabam. Primum igitur intueri licebat, quanta cautione ac presenti animo Lachem superaret. Deinde mihi visus est o Aristophanes, quod & ipse aī, ibi non aliter quam hic incedere, superbus, & oculis quiete omnia circumlustrans, cauteq̄ examinans singula. Hostes siquidem ciuesq̄ vicissim respiciebat, oculis & aspectu praefrens, ostēdensq̄ vel remotioribus, si quis eum inuadat, non esse id impune facturum. Itaq̄ tute abibat & ipse & alter. ferme. n. qui ita incedūt, nemo eos inuadit, sed eos qui effusa fuga deserūtur. In multis quidem alijs mirifice laudari Socrates potest, sed talia sunt, ut ceteri quoq̄ forsā nōnulli eandē laudē mereantur: verum illa praecipua in hoc, per qua nemini aliorū hoīum, neq̄ antiquorum, neq̄ nouorum esse similis reperitur. Nā qualis Achilles fuit, talē conieceret forsā aliquis fuisse Brasidā, & alios quosdā: & qualis Pericles, tales Antenorem atq̄ Nestorem. Sunt alij quoq̄ qui hoc modo conferri inuicem possunt. Sed qualis Socrates est, qualisq̄

qualisq; eius mira dicendi ratio, nemo propè ad eius similitudinem accedit, neq; veterum, neq; eorum qui nunc sunt, nisi ut ego nunc dixi, atq; assimilavi. Quippe nulli hominum, sed Silenis & Satyris similis ipse est, eiusq; sermones. Nam & hoc à me prætermisum erat prius, sermones eius persimiles esse imaginibus Silenorum ab artificibus factis, deinde apertis. Siquis enim huius sermones audiat, videntur prima, ut fertur, facie nimium esse absurdi. Nomina quippe & verba exteriori aspectu Satyri cuiusdam contumeliosi habitum præ se ferunt. Asinos enim fabrosq; æarios, & sutores calceorum, cortariosq; semper habet in ore, eademq; semper dicere de eisdem videtur, ut omnes ferè qui minus experti peritòue sint, verba illius irrideant. Verum si intus aspiciat quis eius sermones, primo quidem reperiet sensuum profunditatem habere solos aliorum omnium, & insuper diuinissimos esse, ac plurimas virtutum speciosissimas imagines continere, atq; ad plurima sese extendere: imò omnia præcepta comprehendere, quibus instrui debet is, qui sit honestè beneq; victurus. Hæc sunt, ò viri coniuua, in quibus Socratem laudo, ac etiam de quibus conqueror. Audistis enim interim quas mihi iniurias intulit. Nec aduersus me solum ita se gessit, verum etiam aduersus Charmidem filium Glauconis, & aduersus Euthydemum Diocle natum, aliosq; permultos eadem fecit, quos ipse sub specie amatoris sefellit: nam pro amatore amatus euasit. Quamobrem te quoque Agatho admonco, ut huius simulationes dissimulationesq; caueas, & ex his qua ego sum passus, hunc cognoscens, rem tuam cures, neq; secundum prouerbium, infantium instar accepto incommodo sapias. Cum hæc Alcibiades dixisset, eius audacia & loquendi libertate risum omnibus concitatum esse Aristodemus narrabat, quoniam visus est & amore Socratis esse captus. Sobrius mihi videris, ò Alcibiades, Socratem dixisse. Alioquin nunquam ita artificiosè longo verborum circuitu factò occulte id studuisses, cuius gratia cætera omnia dixeris: quod in orationis calce, ut præter propositum proferre videreris, tandem apposuisti, quasi non omnia idcirco dixeris, ut me ab Agathone disungeres. Arbitraris me neminem præter te vnum amare debere, Agathonem verò à nullo alio quam abs te amari. Verum non latuit nos quid sibi vellet tuum illud Satyricum Silenicumq; figmentum. Sed, ò amice Agatho, danda opera est, ut nec isti sua machinamenta proficiant, nec illius calumnia inter me ac te iacta dissidium faciant. Vera, ò Socrates, Agathonem respondisse, loqui videris. Nam ut nos seiuingeret, inter te ac me se medium interposuit. Sed nihil hoc illi proderit. hinc enim surgens, propè te sedeo. Sic agendum profectò, dixisse Socratem. hic infra me sede. Prò Iupiter exclamasse Alcibiadem. Qualia perperam me vir cogit? In omnibus superare me vult. Medium saltem hic Agathonem sedere permittite. Nequaquam decet, respondisse Socratem. Tu enim me laudasti. Oportet autem me nunc ad dexteram hunc sedentem laudare. Si ergo post te maneat Agatho, haud me rursus laudabit, prius quam à me laudetur. Sed dimitte vir felix, neque huic meus laudes inuideas. Equidem laudare illum vehementer desidero. Hui hui Alcibiades, Agathonem ibi dixisse. Quid hic moror? Hinc iam discedo ut

me Socrates laudet. Mos is Socratis est, Alcibiadem respondisse, uti eo presente nemini liceat alteri formosos sibi conciliare. Vide nunc obsecro quam facile & quam probabili ratione hunc ad se traxerit. Surrexit ergo Agatho, ut apud Socratem requiesceret. Tunc subito debacchantes multi patentes fores nacti, nam paulò ante quis contra exierat, ingressi sunt, & circa illos confederunt. Quorum strepitum turbata sunt omnia, nec vllus post hæc modus in bibendo seruatus. Eryximachum, ac Phadrū, aliosq; nonnullos abiisse, Aristodemus recensuit, seq; diu dormisse, nam longæ tunc noctes erant, & circa auroram gallis iam cantantibus surrexisset. Somno excitum inuenisse, quòd alij quidem partim dormiebant, partim discesserant. Agatho verò, & Aristophanes, atque Socrates soli adhuc vigilabant, bibebantq; ampla quadam phiala factò in dexteram circuitu sibi inuicem succedentes. Socrates autem assidua differebat. Neque aliorum se recordari Aristodemus, inquit, neque enim ab initio adfuisse, & somno fuisse grauatam. Summam verò disputationis illius extitisse, quòd Socrates illos fateri cogebat, eiusdem viri officium esse tragœdiam, comœdiamq; componere, eumq; qui arte tragicus est, esse quoq; comicum. Cum hæc illi coacti potius quam persuasi concessissent, se somno dedisse Aristophanem primo, Agathonem deinde exorta iam luce. Socratem verò dormientibus illis in Lyceum, ipso ut consueuerat comitante, fuisse profectum, & lotum solito se more diem totum exercuisse, ac demum ad vesperam domi requiescisse.

PH A E D R V S, VEL,
DE P V L C H R O.

M A R S I L I I F I C I N I
A R G V M E N T.



LATO noster poetica muse, quam à tenera ætate, imò ab Apollinea genitura feciatus est, furore grauidus, primum peperit liberum totum penè poeticum, & candidissimum candidissimus, & de pulchritudine simul atque Amore vir pulcherrimus, omniumq; amore dignissimus, ut meritò ceteros quoque liberos democops ediderit venustatis & gratia plenos à venerea Musa exordium felix auspicatus, solusq; omnium venustatem ubiquecū dignitate coniuixerit. Quoniam verò plurima huius libri mysteria in Theologia & libro de Amore exposuimus, argumentum eius breuissimè perstringemus. Symposium de Amore quidem præcipuè tractat, consequenter verò de pulchritudine. At Phædrus gratia Pulchritudinis disputat de Amore. Neque ab re omnino inserta est oratio Lysie, atque oratoria disputatio. Pulchritudo enim & ad mentem, & ad visum, auditumque pertinet. Quo fit, ut ubi de animorum nominumq; pulchritudine agitur, itemq; de pulchritudine corporis, meritò de orationis pulchritudine disputetur. Statim verò in ipso exordio Socrates inter iocandum seria nimium tradit præcepta, Omnia ob sapientiæ studium penitus contemenda, Potissimum sapientiæ studium considerare seipsum. Inter hæc artificiosissima loci descriptio allegoricè significat Academiam: Platanus, Platonem: Castum arbutum, amoris Platonici & Socratici castitatem: Fons, in communicanda sapientiæ largitatem: ornamenta cætera oratorios poeticosque flores quibus Academia Platonis abundat. Reprehenditur iure Lysias quòd qualis sit amoris affectus inquirat, neque prius anorem ipsum desmierit neque distinxerit. Considera inter hæc amoris Socratici pudicitiam, nonnulla enim minus honesta pronuntiaturus obuoluto capite exorditur. Mox inuocat Musas, ut rem minus honestam ipse suo saltem splendore elocutionis honestent.